restitutionis, sed retento priuilegio fori, & cap. si quis suadente. 17. quæstio. 4. & à suspensione, quæ est priuatio eorundem simpliciter, vel ad tēpus, cum spe dispensationis, vt docet Syluest. in summa. vbe. Degradatio in princ. Vel degradatio, est priuilegiorum, & ordinum sacrorum amotio, vel priuatio ob crimen atrox facta contra clericum in sacris constitutum capit. 2. de poen. libr. 6. cap. cum non ab homine. de iudi. capi. qualiter & quando. de accus. cap. nouimus. de verbo. signi. fica. Firmian. in tracta. de episcopis. 8. part. 4. lib. titul. De degradatione & depositione episcopi. in prin. num. 1. fol. 70. in. 4. volu. tract. diuerforum docto. & ibi dicit, quòd depositio, est à dignitatibus & honoribus amotio. Specu. de accusatio. §. 2. versic. Vel dici potest. Et probatur in iuribus supra citatis. Degradatio autem est duplex, scilicet verbalis, & actualis. Verbalis est duplex: quedam vt terminus poenæ: altera, vt præambula ad degradationem actualem, seu realem. Realis etiam est duplex: quedam vera: altera ficta. Verbalis est, quæ verbo fit, vt verbum sonat, & est vt terminus poenæ: quando iudex ecclesiasticus non intendit procedere ad realem seu actualem degradationem, sed tantum dicta verbalis degradatione est contentus: quia in ea verbalis degradatione poena delinquentis est terminata, & iudex secularis in eo delicto nihil debet facere, ne in de maleficium bis puniatur, quia non iudicabis bis in idipsum. Nahum cap. 1. Non surget duplex tribulatio. ca. at si clerici. §. fin. de iudi. cap. presbyter. 81. distin. gloss. in capit. per hoc. verb. Sententia. de hæret. lib. 6. Augusti. Beroi. in cap. 1. num. 92. de iudi. Et de hac verbalis degradatione prout sonat terminus poenæ, loquitur Bald. in l. officiales. C. de epif. & cleri. quæ sumitur pro depositione, seu priuatione. l. iuben. §. œconomus. C. de sacrosan. eccl. & sic habetur in cap. tua. de poen. vbi Panor. inquit tex. illum loqui de degradatione verbalis, quæ nõ priuat ab omni priuilegio, vnde non auferit priuilegium fori, nisi sequatur incorrigibilitas. ca. cum non ab homine. de iudi. quem ibi not. dixit Card. ad hoc, quòd clericus non efficitur de iudicio seculari, nisi quando non potest corrigi per ecclesiam, & iste talis dicitur incorrigibilis. tex. not. in capit. incestuosi. 23. quæst. 5. capit. ad audientiam. ibi, degradatis. de crimi. fals. quem text. intelligit communis ibi, id est, verbaliter, & cap. dictum. 81. distin. vbi gloss. verb. seculariter. infert, quòd nisi sint corrigibiles, incidunt in sententiam Canonis imponentes in eos manus violentas, eos verberando. Quam dixit singul. Franch. in capit. degradatione. de poen. lib. 6. Secus in verberante realiter de gradatum. Panor. in capit. ad abolendam. de hæret. gloss. in dict. capitul. degradatio. Angel. verb.

Degradatio. versic. Vtrum verberans & Sylu. eo. verb. quæstio. 6. Præpositus in capitul. nulli. dist. 84. colum. fin. num. 6. Anchar. in cap. at si clerici. num. 5. de iudi. Et talis degradatio verbalis ponitur pro depositione. cap. si quis laicus. 22. quæstio. 5. vbi clericus, vel episcopus degradatur propter conspirationem factam contra dominum terræ. Ita intelligit Deci. in cap. at si clerici. colum. pen. num. 39. de iud. Et eodem modo loquitur Panor. in cap. non potest. colum. 2. de re iudi. & in capit. nouimus. de verb. signi. Arnald. Alberti. in repe. cap. quoniam. de hæret. lib. 6. quæstio. 14. num. 3. ¶ Et hæc verbalis depositio fit solo verbo, quando crimen & causa exposulat per sententiam. vt Spec. notat tit. de accus. §. 1. qua criminofus pepe tuo ab ordinibus sacris depositus declaratur cap. qualiter & quando de accusatio. Augul. Beroi. in dict. cap. at si clerici. num. 83. cap. veritatis. de dolo & contuma. nempe dicendo in sententia, quia nobis constat de culpa & crimine, quod resultat ex processu flagitiosum esse homicidam, vel proditorem contra Titium Cantorem ecclesiæ cathedralis, ideo eum deponendum perpetuò celsimus ab officio & beneficio, prout deponimus. ex Specu. vbi supra. versic. Item queritur per prædicta iura etiam probatur. Et Arnald. Alber. vbi supra. ¶ Altera, quæ est degradatio verbalis, quæ est præparatoria ad poenam, fit quando iudex intendit procedere ad degradationem actualiter, qua facta, relinquit degradatum brachio seculari puniendum, & hæc differt à præcedenti in duobus: quia huiusmodi verbalis destituit constitutum in sacris omni ordine, & priuilegio clericali, & alijs prerogatiuis, quibus est insignitus. vt in cap. degradatione. de poen. lib. 6. & sic penitus desinit episcopus, vt possit à iudice seculari puniri, vt declarat Iacob. Butrig. in authen. Presbyteri. in 2. col. 2. versic. Nota de poena degradationis. vbi Bald. trā scripsit ad literam. C. de epif. & cleri. Idem tenet Bald. in l. officiales. colum. 2. versic. Secundus casus est ratione subsecutæ. C. eod. titu. Arnald. Alberti. in rep. cap. quoniam. quæstio. 14. num. 4. de hæret. lib. 6. Augusti. Beroi. in cap. at si clerici. num. 83. de iudic. ¶ Est notandum, quòd hæc verbalis degradatio ad effectum, vt actualis sequatur debet promulgari de consensu prælatorum in crimine hæresis. vt in cap. 1. de hæret. lib. 6. & in alijs de consensu episcoporum. vt in cap. degradatio. de poen. lib. 6. & sic numerus episcoporum requiritur in degradatione clerici verbalis, quando talè verbalem sequutura est actualis, quia ad actualem huiusmodi episcoporum numerus minimè est necessarius. Ioan. And. Domi. Anchar. & Philipp. Franch. in dict. c. degradatio. de poen. lib. 6. Panor. in cap. non potest. de sententia & re iudi.

column. 3. num. 10. & Feli. etiam num. 10. Angel. in sum. verb. Degradatio. in princ. Syluest. verb. Degradatio. quaestio. 1. Alberti. de haeret. lib. 6. in cap. 1. quaestio. 14. nu. 6. Actualis enim degradatio est executio verbalis praecedentis, propter ea fieri potest sine praedicto numero, secundum praedictes doct. Intellige praeterea, quod praedicta solennitas requisita est in clericis in sacris text. in dict. cap. 1. de haeret. lib. 6. quo fit in constitutis in minoribus quamvis degradentur, quando traduntur curiae seculari. vt per gloss. in ca. 1. de cler. excomm. vel deposit. ministrant. Panorm. & Docto. ibi. Panorm. & Deci. in cap. cum non ab homine. de iudi. Panorm. in capit. non potest. de re iudi. nullus tamen episcoporum numerus ad eius degradationem requiritur, secundum Ioan. And. & Philipp. Franch. in cap. 2. de poen. lib. 6. Panorm. in dict. capit. non potest. num. 11. sufficit enim proprius episcopus, cum consensu Capituli, nisi esset praescriptum a praefato quod non interueniret. vt in capit. 3. de consuet. lib. 6. secundum Panorm. vbi supra. per tex. in dict. capit. 2. de poen. lib. 6. versic. Quamquam proprii episcopi sententia sine aliorum episcoporum praesentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores duntaxat ordines receperunt. Et alia actualis & solennis degradatio, quae fit haeretico clerico pertinace, relapso, vel impoenitenti, qui degradatur, & iudici seculari traditur. capi. ad abolendam. de haeret. c. excommunicamus. §. 1. & capi. pen. eo. tit. quo casu realis degradatio fieri oportet ab episcopo proprio, conue. cati abbatibus, alijsque praelatis & religiosi, ac literatis viris, & haec degradatio ab vno episcopo tantum fit in causa haereticis, & non in ceteris criminibus fidei fauore, vt est tex. in c. quoniam. de haeret. lib. 6. Jacob. Septimacens. de institutione. catholicis. cap. 45. num. 25. Et statutum est in sancta Synodo Tridentina habita sub Pontifice Iulio. iij. Papa. Sessio. 13. can. 4. Cuius verba sunt. Episcopo perse, seu illius vicarium in spiritualibus generalem, contra clericum in sacris, etiam presbyteratus ordinibus constitutum, etiam ad illius condemnationem, nec non verbalem depositionem, & per seipsum etiam ad actuale atq; solennem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus ecclesiasticis, in casibus in quibus aliorum episcoporum praesentiam numero a Canonibus definitio requiritur, & absq; illis procedere liceat. Adhibitis tamen & in hoc sibi assistentibus totidem abbatibus vsu mitrae, & baculi ex priuilegio Apostolico habentibus, si in ciuitate, aut dioecesi reperiri, & commode interesse possint. Alioquin alijs personis in ecclesiastica dignitate constitutis, quae aetate graues, ac iuris scientia commendabiles existant. ¶ Fit autem degradatio cum solē

ni detractione insignium clericalis militia, quae quidem a sacra militia expulsus, & exauctoratus omni priuilegio clericali destituitur, ademptis singulis ornamentis, ad eius, qui degradandus est ordinem pertinentibus. ca. Degradatio. de poen. lib. 6. & hoc fieri debet praesente iudice seculari, cui statim relinquendus est, non tamen tradendus. Ecclesia tamen debet pro eo efficaciter intercedere, vt secularis citra mortis periculum sententiam moderetur capit. nouimus. de verbor. signi. capi. degradatio. Decius in capit. cum non ab homine. numer. 14. de iudi. Albertinus, qui ponit formam verborum ad degradationem actualem in rep. c. quoniam. quaestio. 14. de haer. lib. 6. Albert. Britus lib. 4. de haer. ca. 14. Ludouic. Carreri. de haeret. num. 133. cum seq. Jacob. Septimacens. cap. 45. num. 25. l. 60. & ibi Gregor. Lopius verb. Darlo luego. tit. 6. part. 1. & Specula. optimē. tit. de accusa. tione. §. Secundo loco videndum est. num. 5. & in 7. nume. subijcit formam degradationis. Colligitur etiam ex Ioan. Bernar. in praxi Canon. c. 90. vbi ponit rescriptum contra illos monachos Hispanenses, qui proditorie occiderunt prouincialem, & ipsi occisi fuerunt propter immanitatem criminis, quia ille erat loco episcopi. Panorm. in capit. cum singulari. de stat. monach. Grego. Lopez. in l. 61. verb. homicidio titu. 6. part. 1. ¶ Vtrum autem qui libet degradatus, quam cito degradatur, sit curiae seculari tradendus pro quocūque crimine graui? Videtur dicendum, quod propter grauitatem criminis sit clericus degradandus actualiter, & tradendus curiae seculari, minimē consideranda incorrigibilitate in crimine haereticis. capi. ad abolendam. §. 1. & 2. de haeret. Et in falsario literarum Papae. c. ad falsariorum. de crimi. fal. Et tertius casus est in clerico deposito propter calumniam, quam intulit episcopo. capi. si quis sacerdotum. 11. quaestio. 1. Ioan. in sum. confesso. lib. 1. tit. 5. quaestio. 10. Hostiensis. istos tres casus ponit in sum. de haeret. §. qua poena feriat. l. 60. tit. 6. part. 1. Sed praedicta iura sunt intelligenda data incorrigibilitate. ex gloss. in capit. athi clerici. §. de adulterijs. de iudic. Et ista opinio est communis contra alteram communem, & tenendam, prout colligitur ex Ioan. Bernard. in praet. Canon. Crimina. capitulo. 90. & Gregor. Lopez in l. 61. verb. Homicidio. tit. 6. part. 1. A Egidi. Bossi. in praet. delictorum. tit. de foro comp. num. 13. Latē tradit Arnaldus Alberti. in rep. cap. quoniam. quaestio. 11. numer. 9. cum seq. de haeret. lib. 6. Dicit communem Deci. in c. athi clerici. in fin. princ. de iudic. Et pro hac communi sententia poterat tribus modis facere text. in capi. cum non ab homine. de iudi. & ibi Areti. colum. 9. asserit communem. & in dict. capit. athi clerici. colum. etiam. 9. Couar. lib. 2. Variarum re solut.

solut. capitul. 20. num. 7. Fernand. Valquius Mechacen. lib. 3. de succes. creatio. §. 22. numer. 52. qui amplectitur contrariam communem & ipsam, aliquot fundamentis approbat. Sed primū assentientium est, non enim video posse hanc traditionem iuste fieri posse post degradationem, nisi clericus sit incorrigibilis, aut in his criminibus, quae expressim iuxta canonicas sanctiones, eam punitionem admittunt. Nec tamen negandum est, posse homicidium contingere, aliudque crimē ita damnosum & perniciosum reipub. inspectis loci, temporis, & personarum qualitibus, quo d arbitrio discretorum iudicum hanc traditionem iustissimē patiat. Quae in re maturo consilio procedendum erit, & secundum subiectam materiam, vt euitetur maius malum, quod inde euenire posset in republica. Et sic relapsi tradendi sunt curiae seculari cap. super eod. de haeret. lib. 6. qui quamuis ad spiritualia admittantur poenitentes, cum ecclesia nulli claudat redempti gremium suum, tamen quo ad poenam temporalem non admittitur, quominus puniatur, ex mente Doctorem in dict. capitul. super eo. & Bart. in l. qui ea mente. colum. na secunda. num. 1. ff. de furt. Anani. in capitul. ad abolendam. de haeret. colum. 7. Et intra quantum tempus dicatur quis continuo & confessum redire ad fidem & ecclesiam vnitatem, vt reconciliari valeat. vt in cap. ad abolendam. de haeret. & in capitul. vt officium. eod. titu. lib. 6. l. 2. tit. 26. part. 3. Declaratibi Gregor. Lopius in gloss. quem vide post Archi. in capitul. vt commissi. §. nec non. de haeret. lib. 6. ¶ Vtrum autem eo casu, quo sit haeticus immurandus perpetuo, sit degradandus, si cut quam d est tradendus Curiae seculari? Respō. quod eodem modo degradatur capit. 1. de haeret. lib. 6. Panorm. in capit. excommunicamus. 2. de sententia excomm. Paul. Grilland. de haeret. q. 7. numero primo. Gondissal. à Villadiego cōtra haetic. prauita. quaestio. 19. versic. Sed occurrit iuxta hoc. num. 3. Et episcopus solus cum suo Capitulo facere poterit degradationem, iuxta text. in dict. capit. cum sua gloss. fin. de haeret. lib. 6. Sed si consuetudine praescriptum esset ius corrigendi sine Capitulo, posset absque eod. capi. 3. de consuet. lib. 6. Not. secundum Panorm. in capi. nouit. colum. 2. de his quae sunt a praelat. Illud tamen annotandum est, quod episcopus debet esse confirmatus, & consecratus ad hoc, vt clericum degradare possit, secundum Domi. in capitul. 1. de haeret. lib. 6. quia est ordinis, ordines conferre, similiter & auferre ergo cap. avaritiae. de elect. lib. 6. Faciunt a me congelstain lib. 1. ordi. tit. 6. l. 2. gl. 2. pagin. 261. vbi adduxi duas opiniones adinuicem cōtrarias. Et quae tradit Selua de beneficio. 1. part. quaestio. 2. num. 32. ¶ Et post actualem degrada-

tionem, vtrum sit necessaria traditio curiae seculari ad hoc vt puniri possit, est dubium? Et videtur quod sic cap. 1. de haeret. lib. 6. dum dicit, cum pro haereticis fuerit curiae seculari relinquendus, ergo ante traditionem factam iudici seculari per ecclesiasticum, non poterit capi, ex eo, quia adhuc est in foro ecclesiae. cap. nouimus. de verbor. signi. Sed dicendum est, quod cum fuerit degradatus actualiter, non requiritur alia actualis traditio, vt declarat Domi. & Franch. num. 3. in ca. 2. §. fin. de poen. lib. 6. Panorm. Areti. & Deci. num. 14. in capi. cum non ab homine. de iudic. Angel. verb. Degradatio. §. 2. & sic poterit puniri a iudice laico. Licet tutius sit, vt fiat traditio. ¶ Degradationis forma cū orationibus solitis in omnibus ordinibus, habentur in Pontificali Romano. fol. 201. cum duobus sequentibus, vbi vide. Et vltimum in construendo, est primum in resoluendo, secundum Philosoph. vt patet exemplum in domo quae destruitur, secundum Ioan. Andr. & Domi. in dict. capi. 2. §. poterit. numero tertio. versic. Quero an ille tex. & Philipp. Franch. nume. 1. colum. 1. ¶ Est & alia poena contra haeticum, siue clericum post degradationem actualem, seu laicum, mors naturalis igne vltore. Probat. I. Arriani. C. de haeret. Alphonfus à Castro libro secundo. de iusta haeretici puni. cap. 12. Septimacens. de iustis. catholicis. cap. 45. vbi num. 8. dicit de consuetudine esse introductum, vt sit ignis, vt dixi & probaui in. l. 1. verbo. con animo pertinax. tit. 1. lib. 1. ordina. pagin. 32. Bartholomae. Fumi in sum. Aruilla. verb. Haereticus. num. 1. versic. Haereticus quomodo puniantur poena ignis. Angel. verb. Haereticus. §. 16. vbi dicit, quod animaduersio est poena ignis de consuetudine, licet de iure sit poena mortis. gloss. in. ca. pen. verb. puniendi. de haeret. & ibi Panorm. Paul. Grilland. de haeret. quaestio. 3. Stephan. Bertrand. conf. 212. lib. 2. Couar. lib. 2. Variarum resolut. capit. 10. num. 10. l. 2. tit. 26. part. 7. l. 2. tit. 1. lib. 4. foro legum. Gondissal. à Villadiego de haeret. quaestio. 15. Ioan. Berberi. in viatorio iuris. rubr. De crimine laese maiestatis. Plures casus, quibus quis poena mortis venit puniendus, ponit Cassana. in consuetud. Burgund. rubr. 1. num. 6. fol. 14. Et casus, in quibus quis de iure communi puniendus est poena ignis, scripsit Lucas de Pennain. l. 1. colum. 1. C. de immu. remi. conced. lib. 10. refert. Matthae. de Afflicis in consili. Neapoli. rub. 1. libro pinto. num. 39. vbi loquitur in haeticos, qui est flammis viuus comburendis. ¶ Poena tamen ignis non omnibus haeticis infligenda est, sed eis tantum, qui vel relapsi sunt, vel in sua pertinacia & impoenitentia vsque ad prolationem sententiae distinctiue persistunt. Nam quamvis alius quis esset impius, & haereticus, non est proprius igni

igni tradendus, sed ecclesiastica benignitate moriendus. Quod conuersus fuerit priusquam per iudicem ecclesiasticum declaratus sit relapsus, pertinax, vel impoenitens, proculdubio in isto casu poenam ignis euadet. Si uero captus conuersi noluerit, sapiens exhortandus est, adhibitis etiam ad hoc negotium uirtus religiosus & eruditus, ut si fieri possit, conuertatur, & uiuat. Nec statim brachio seculari relinqui debet, sed sententia differenda est, ut haereticus furor cesset: nam nulla unquam de morte hominis cunctatio longa est. Quod si Pharaonis & demonis instar in oblitinata perfidia permanferit, tunc lata praedicta sententia, qua declaratur haereticus, iudici laico dimittendus est: a quo mox condemnatus, illico igni tradi debet cap. ad abolendam. de haeret. Alphonf. Castr. lib. 2. de iusta haeret. puni. capit. 1. Hermas lib. 2. de instau. religio. cap. 15. Jacob Septimacensis de insti. catholicis. capi. 45. num. 12. citat. 5. in studio. Hispanens. cap. 9. Villadiego de haeret. quaestio. 20. & Gregor. Lopez in l. 2. titul. 26. part. 7. Plura circa hoc dubium referunt, & notant Matthae. de Afflict. in consti. Neapolitan. libr. 1. rubr. 1. nu. 35. versic. Vigefimo primo nota. Calderi. consti. 2. sub titul. de haereti. Rebuff. de pacific. posses. nu. 196. Ioan. Igne. in l. 1. §. cum dominus. numer. 31. ff. ad S. C. Syllani. ¶ Quæri potest, Vtrum nobilis sit eadem poena propter crimen haereticis puniendus, sicuti ceteri plebei puniri debent? Respondeo, quod sic, nulla habita nobilitatis generis ratione. Nam tanto conspectus in se crimen habet, quanto qui peccat, maior habetur, ex Inuenal. Satyr. 8. & dixi alibi latius. Et istam sententiam reputat memoria dignam Septimacens. ubi supra capitulo. 45. numer. 27. I. Arriani. C. de haeret. ubi nulla distinctio personarum admittitur in hoc crimine. Et quod nullius quantumuis nobilis sit in crimine haereticis puniendo habenda ratio, patet. Nam in rebus fidei, omnes Christiani aequales sumus, nec est distinctio personarum Graeci, aut Iudæi: etem in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi, ut Paulus ait ad Roman. capitul. 10. & 1. ad Corinthi. capit. 10. & Origenes libro primo. in Iob. columna 18. Nazianze. eleganter oratio. 24. Item, quia nobilitas delictum grauius est, tum ratione nobilitatis, quibus ea ratio plus est: consti sum, ideo durius & acrius sunt puniendi. I. quada ff. de poen. cap. cum quidam. de iur. iur. Deinde, quia haereticus nobilitati magis potens est & grauior, ac perniciosior reipublica, ac deterioris exempli. Nec dignitas sacerdotalis prodest haeretico, ne alijs poenis puniatur, ac ceteri qualescumque haeretici, ut supra habitum est, ergo nec secularis nobilitas in hoc prodesse debet. Quam sententiam Ar

chidiaconus probat in cap. qui contra. 24. quaestio. 1. Fel. in cap. cum quidam. colum. 3. de iur. iur. An dr. Tiraquell. de nobilitate. cap. 20. nu. 18. Quibus libens accedit Septimacens. loco supra citato. nu. 14. Nisi forte publice poenitentibus gratia cōsan-guineorum commutetur habitus (vulgo Sanbenito) qui maximam familiaritatem afferre solet, alioquin alia solet esse poena nobilium, alia plebeiorum. I. 3. ff. de re milita. §. 1. ubi gloss. verb. torquentur. Bart. in l. capitalium. §. serui. ff. de poen. Lucas de Penna in l. 1. C. de defertori. & occultat. lib. 12. Eusebius libro quinto. historiae ecclesiasticae. capit. 3. Reatus omne excludit priuilegium in hoc crimine haereticis, cum omnium grauisimum sit, ut dictum est supra. ¶ Sed dubium occurrit enodandum. Haereticus sine nouo processu cum primum tradatur Curiae seculari, poena mortis naturalis ignis in eos exequitur: quod quidem comperit esse Inquisitoribus ita fieri debere, non obstantibus eorum deprecationibus, de quibus in c. nouimus. de verbo. signifi. liquet, & sic sunt causa immediata & propinqua mortis delinquentis, ergo efficiuntur irregulares per regulas iuris communis. Cui dubio ipse sic respondendum cenfeo quod cum irregularitatis grauamen iure positio fuerit inducendum, ut est communis omnium opinio, proinde a summo ecclesiae Principe tolli potuit, cap. proposuit, & ibi glo. de concess. praebend. & ideo Bonifacius Papa. VIII. in cap. ut inquisitionis. versic. Praefati potestates. de haeret. lib. 6. in his uerbis, sibi relictos statim incipiant in dilatare animaduersione debita puniendos, non obstantibus appellationibus &c. interdicunt in §. Prohibemus. Potestatis uero iudicibus secularibus notionem & iudicium, Sed uult ex prompte sententias sic ab Inquisitore & loci episcopo pronuntiatas exequi sub ecclesiastica censura poena, quia si non iudices, sed executores debeant esse iudices laici sententiae latae ab Inquisitoribus. Ergo Papa uoluit et si praesenserint ecclesiastici iudices poenam mortis inferendam esse condemnatis, nihilominus tamen delegationem cum debitis protestationibus absque irregularitatis incurfu fieri posse per praemissa, & quia potius est quaedam de legatio, quae fieri poterit a domino habente iurisdictionem generaliter. cap. fin. ne clericis vel monachi. lib. 6. Quicquid nimis licentiose dixerit contra Bonifacium Ioann. Igne. in l. 1. §. quum dominus. num. 39. ff. ad Syllani. Igitur praxis Inquisitorum haereticis prauitatis, quae habet, cum post condemnationem haereticorum praesente iudice seculari haereticos tradunt iudici seculari rogantes, ne morte, aut membri mutilatione eos afficiant, iuste fieri potest, iuxta cap. Nouimus. de verbo. signifi. l. 60. tit. 6. par. 1. Cuius praxis meminit Di

recta.

re etorium Inquisitorum, dum refert sententiarum formulas. Idque habetur in Pontificali Romano fol. 202. Quod fati tutum est, cum a Sancta sede Apostolica traditum sit. Tutius tamen quidam existimauerunt, quod Inquisitores non traderent sic damnatos iudici seculari, sed eos, lecto processu, condemnarent coram iudice laico, atque ita damnatos a propria iurisdictione dimitterent, ut denique iudex secularis eos morti & igni traderet, ut Henrici. notat in cap. ad abolendam. de haeret. Igne. in l. 1. §. cum Dominus. numer. 37. ff. ad Syllaniam. Couar. in repet. Clem. Si furiosus. 2. part. §. 5. num. 6. versic. Decimo quarto. de homicidio. Et sic sententia fertur absque scrupulo irregularitatis ab Inquisitoribus. ¶ Est praeterea alia poena, quod haeretici carent ecclesiastica sepultura: & qui eos tradiderint ecclesiasticae sepulturae, sunt excommunicati, nec absoluedi donec satisfecerint in forma tradita in cap. quicumque. in princ. de haeretico. lib. 6. cap. excommunicamus. 1. §. credentes. de haeretico. Probatur: nam cuiusque decedenti in peccato mortali deneganda erit ecclesiastica sepultura. ex gloss. iuncto tex. in c. quia in omnibus. de vsur. gloss. sepulturam. in capitul. 2. de stat. monach. sed haereticus est talis. capi. 3. de haeret. ergo cum eo in uita non potuimus communicare, nec in morte communicare debemus. ca. de eorum poenae. 24. quaestio. 2. cap. ex parte parentum. de sepultura. & illi est glo. notabilis & ordinaria, recitans casus, in quibus denegatur de iure alicui ecclesiastica sepultura. Et in fine dicit, quod conuictus de haeresi post mortem denegari debet cap. sane profertur. 24. quaestio. 2. cap. Est etiam alia glo. in cap. nullus. 13. quaestio. 2. ubi Cardin. Turrecremata ultra. 14. casus enumerauit. & Angel. verbo. Sepultura. §. 29. Bartholo. Fumi in armilla aurea. verb. sepultura. fol. 327. numer. 16. versic. Multi ecclesiastica sepultura priuantur. Et Hostiens. in summo. de sepultura. §. quibus interdicatur. tex. in cap. sicut. de haeretico. l. 8. titul. 13. par. 1. Suaderi potest ulterius, quod haeretico non sit assignanda in loco sacro ecclesiastica sepultura: quia aduersus ipsam deliquisse constat, ergo eius cadauer, cum uiuus non errat uentus. ca. fin. de immu. ecclesi. cum sit proditor & hostis ecclesiae, ut supra dictum fuit, nec in immunitate ecclesiastica gaudeat haeretico confugiens ad eam, imò inuitas poterit extrahi ad punitionem criminis. Gondillal. a Villadiego in tract. de haeretico. quaestio. 11. mi. 15. Nicol. Boeri. decisio. undeciesima idem esse in blasphemis, atque ita apud Gallos pronuntiatu fuisse. Didac. Couar. in lib. 2. Varia. resolu. ca. 2. nu. 11. versic. Decimo quarto. eadem ratione. Hippolyt. in lex. natura. ad fin. ff. de fidei. Iacob. Septimacens. in l. ex fidei. catholice. cap. 45. num. 21. versic. Nec

praetereundum est. Hierony. Gigas de crimine lese maiestatis. titul. De pluribus & varijs quaestio. ni. quaestio. 3. num. 19. pagin. 419. His etiam accedit tex. in cap. is cui. de sententia excomm. libr. 6. in versic. Talis quoque. ubi habetur deneganda ecclesiastica sepultura esse ei, etiam prohibitus esset ingressus ecclesiae. Et notat Ioan. Bernard. in practica crimi. canon. cap. 121. Ex quo text. Anchar. in dict. cap. is cui. columna secunda. versiculo. secundo nota. num. 2. infert, quod ille, qui est prohibitus moram agere in ciuitate dum vitam agebat, post mortem non poterit deferri ad sepulturam in tali ciuitate. Ratio, quia cui non communicamus dum uiuere propter eius delictum, nec in morte. notat Bart. in l. si quis infulam. ff. de ca. daue. puuito. ubi dicit Bar. nota hanc legem, quia forte non reperies alibi, & habes hic, quod ille qui in uita non potest morari in ciuitate, post mortem non potest reduci ad ciuitatem ad sepulturam. Et est sententia notanda contra bannitos a regno. Idem notat Hippolyt. in l. fin. num. 58. ff. de quaestio. Conuicti poterit ex. 3. regu. cap. 13. Quonia inobediens fuiti ori Domini, & non custodisti mandatum quod praecipit tibi. Dominus Deus, & reuerfus es, & comediti panem, & bibisti aquam in loco, in quo praecipit tibi, ne comederes panem, nec biberes aquas, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum. Item etiam Hieremiae. 22. Sepultura amini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Hierusalem. ¶ Nec obstat si quis dixerit, Sepelire mortuos inter opera charitatis & eleemosynarum enumeratur. Tobie. 12. Et in Ecclesiasti. cap. 7. dicitur, Mortuo non prohibeas gratiam sepulturae. cap. in ecclesiastico. 13. quaestio. 2. Sed haeretico cum sit proximus Christianus, scilicet baptizatus, quantum in inimicus, ista eleemosyna non est neganda, quippe cum dilectio in inimicos sit eroganda ex seruatoris praecipio, & Christiano sit danda sepultura. cap. ex parte. de sepultura. & quis sepelit cadauer, non uidetur sepelire haereticum, cum forma corporis humani & essentia sit anima rationalis. Clemen. 1. §. Porro. de summi. Tainica. & homo mortuus non sit homo. l. principaliter. C. de libe. causa. Matthae. de Afflictis in cap. 15. mutus episcopus vel abbatem. num. 29. Quod sit, quod siue suspensus, licet non debeat deponi a laqueo sine iudicis licentia, tamen si fuerit petitiu corpus ut tradatur sepulturae, debet concedi. gloss. in Clementina prima. verb. poenitentia. de poeni. & remissio. quam citat Hippolyt. in l. fin. num. 60. ff. de quaestio. Ioan. Anan. in ca. fures. columna prima. ad fin. de furt. Quod sit accedentem ad aliquem animo interficiendi, cum si uiuum inueniret, tamen mortuum inuentum truncant membra cadaueris, non obiectur

citur

citur irregularis, quia non habet animam, nec potest dici homo cap. quod verò non formatum. 32. quæst. 2. vbi abortus factus ab aliquo inanimati, non imputatur ad homicidium, quia informatum erat corpus absque anima rationali. Doctrina est Archidi. in cap. fin. 15. quæstion. 1. dicentis, quod clericus qui amputauit corpus mortui, animo interficiendi cum si esset viuus, non efficitur irregularis. Sequitur Feli. in cap. a nobis. 2. colum. 2. numer. 3. de sent. excomm. Boeri. decisio. 316. nu. 11. Hippoly. in l. qui sine accusatoribus. colum. 6. numer. 25. ff. de quæstio. Nicola. Plou. de irregulari. regula. 27. num. 17. Archiepiscopus Florentin. 3. part. tit. 28. capi. 2. §. 5. verfic. Item dicit Archidia. Sylue. in summ. verb. Homicidium. 3. quæst. 7. & Conrad. de contractibus. quæstio. 80. Nauarr. in manual. confesso. cap. 27. num. 221. pagin. 760. Ratio, quia iam non est nisi cadaver, & crimina morte extinguuntur. gloss. in cap. si quis episcopus de hæret. Tum etiam, quia sepultura nil peccauit, ergo locus nulla poena erit puniendus, cum sit in capax poenæ & legis. argu. text. in cap. mulier. 15. quæst. 1. Sed cadaver, nec locus habent rationem, nec sensum, igitur eis imponi non potest poena. Sicut habetur in dict. capit. quicumque de hæret. lib. 6. quem text. refert Caieta. in summ. verb. excommunicatio. capit. 45. Sed dic pro solutione. Quia aliud est dare sepulture mortuum, quod est opus pietatis, & est omnibus commune, & aliud in loco sacro sepelire, hoc enim non conuenit omnibus, sed multis interdicitum est, vt diximus. Cardinal. Turcremata in cap. nullus. colum. fin. 13. quæst. 2. & sic hæretico denegatur ecclesiastica sepultura, & alij prohibetur, ne ei concedant, vt in dict. cap. quicumque. qui text. punit eos, qui scienter hæreticum tradiderant ecclesiasticæ sepulture, secundum Caietan. in summ. verb. excommunicatio. cap. 45. Nauarr. in manuali confesso. c. 27. nume. 137. Idem esset, si sepeliret in loco prophano extra ecclesiam, & cœmeterio more ecclesiastico secundum Archi. Ioann. Andr. & Domini. Secus tamen esset, si eos sepelirent more asinino in locis prophanis extra ecclesiam, & eius cœmeterium, nam non incurrent sepelientes eos in poenam censuram de quibus in dict. cap. quicumque. de hæret. lib. 6. ex Caieta. & Nauarr. in locis prememoratis. Sepultura asini dici potest, quæ sit in terra prophana, quia is, quem constat mortuum esse in peccato mortali, non est sepeliendus in ecclesia, vel cœmeterio, sed asini sepultura est si bi danda, id est, in terra prophana. gloss. in capi. 2. verb. sepulture. de statu. monach. text. vbi glo. ad sepulture. in cap. placuit. 23. quæst. 1. intelligit de canina sepulture, quia pro tali ecclesia non potest cap. pro obeuantibus. 3. quæstion. 2. & capit.

lo. 1. de reliq. & vene. sancto. Secus si manifestè non constet decessisse in mortali, quia sepeliendus in ecclesia, vel cœmeterio esset. Vnde decedens sine confessione exteriori in extremo vitæ facta nisi cõstet, quod confessionem contempsit vitæ annuum. vt in cap. omnis vtriusque sexus. de poen. & remissio est sepeliendus in ecclesia, vel cœmeterio, quia ex quo præuentus est morte, præsumendum est, quod non decessit in peccato mortali, nisi si de eo constet, quia præsumendum est de quolibet bonum. cap. ex parte. vbi Panormi. in versic. Nota vterius. de sepulture. Ioan. Montholoni. in promptuario iuris diuini & humani. verb. sepelire. l. 8. vbi dixi in glossa prima. tit. 1. lib. 1. ordina. cum notatis à Martino Nauar. in manuali confesso. cap. 26. num. 32. Nam si in anno non esset confessus ex culpa præcedente, quanuis mors repentine succedat, sepultura ei est deneganda, iuxta text. in dict. ca. omnis vtriusque sexus. ex Panormi. in cap. ex parte. num. 3. de sepulture. & qui non communicat in anno, catholicus minimè est censendus. cap. secularis. cum seq. de consec. distincti. 2. Cardina Turcremata in cap. fin. num. 5. dist. 30. tex. in authen. de priuileg. dot. hæred. muli. nō præstari. in princ. colla. 8. ibi. Igitur sacram communionem in catholica ecclesia non percipientes à Deo amabilibus sacerdotibus hæreticos iussè vocamus. Dicunt illi text. Ana. & Feli. in rubr. de hæret. esse singularem. Cum ergo hæretici sint non debent ecclesiasticæ sepulture tradi: tum quia decesserunt in notorio peccato mortali per præmissa. Tum, quia in excommunicatione aduersus hæreticos lata ipso iure propter crimen heresis, quæ antiquissima est. argu. cap. Achatius & cap. audiui. 24. quæstio. 1. & cap. sanè. 24. quæstio. 2. cap. excommunicamus. 1. & 2. de hæret. capit. nouerint. de sententia. excomm. Nauarr. in manuali confesso. cap. 27. num. 56. pagin. 657. & in repet. cap. ita quogundam. notab. ii. num. 41. de iudicis. Et hæc euitatio hæreticorum à tempore Apostolorum indicta fuit. Apostolus enim Paulus 1. ad Corinthi. 5. admonet, ne cibum quidem cum illis esse sumendum. Et ad Titum. 3. Hæreticum, inquit, hominem post vnam & secundam correctionem deuita. Ioan. ait. 2. epistola cap. 8. Si quis veniat ad vos, & hanc doctrinam non afferit, nolite recipere eum in domo, nec, Aue, ei dixeritis: quæ enim dicit illi, Aue, communicat operibus eius malignis. Et pluribus Canonibus sanctorum hoc sancitum constat. Nam in Canone. 45. inquit, Qui cum hæretico orauerit, communione priuetur. Si verò horitatus fuerit eos orare, damnetur. Et canone. 46. Episcopum, aut presbyterum hæreticorum suscipientem baptisma, damnati præcipimus. Quæ enim conuentio Christi ad Belial

aut

aut quæ pars fidei cum infidelis? Item in Cano. 63. Qui synagogam Iudæorum, aut hæreticorum cõuenticulum ingressus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor, & à communione. Quod & plenius cauetur in Cano. 69. cum sequen. & ostendit Iacobus Septimacensis de instit. Catholicis. cap. 11. num. 1. Quin etiam euitare eos tene mur tanquam excommunicatos, non solum de iure diuino, sed etiam positivo, quo introductum est eos euitare, vel non debere cum eis commercium aliquod habere. vt in extrauagan. Ad vitanda scandala. de excomm. non vitand. in pragm. sanctio. Gallican. quam refert & declarat Marti. Nauar. in manuali confessorum. cap. 27. num. 35. & 36. & alibi latius diximus. Cùm ergo communicatio hæreticorum dum vitæ agunt, sit prohibita omni iure, non immeritò & sanctè sanctum est, vt cum eis vitam vniuersæ carnis ingressi, eos sepeliendo communicare minimè liceat. iuxta capitul. ex parte. & cap. sacris. de sepulture. & gloss. in cap. ad hæc. de priuileg. in verb. sepelierint. quæ ait, Ita communicando eis in morte inciderunt in excommunicationem, quia cui non communicamus viuo, non communicemus & mortuo. 24. q. 2. cap. de communionem. cap. legatur. & capi. sanè. Roma. sing. 701. secundum antiquam impresio. secundum nouiorem est. 709. incipi. Secundum loquens cum excommunicato. Ripa in tract. De peste. titu. De præseruatiuis remedijs contra pestem. fol. 17. num. 107. verfic. Nam qui faciunt funeralia. Richard. à Media Villa in. 4. senten. dist. 18. art. 7. quæstion. 3. Caietan. verb. Excommunicatio. capit. 46. Facit etiam nam sepultura in ecclesia constituitur, vt orationes inde fiant pro sepultis. Sed illicitum est sepelire eum in loco sacro pro quo preces horarias non licet effundere, & fingendum ab hæreticis, nec vilo pacto communicandum docet Alphons. à Caffro libro. 2. de iusta hæreti. puni. cap. 18. Ergo & sepultura sacra nō est eis ministranda, quanuis asinina, & locus prophanus eis assignari non sit prohibitum, vt foetor cadaverum euitetur, & ne oculos & nares viuētium. inficiat. Ripa de Peste loco supra citato numer. 144. verfic. Insuper propter hanc. Intelligit tamē sepelientem hæreticum, scientem esse talem, incidere in excommunicationem & poenam dict. cap. quicumque. in princ. de hæreti. lib. 6. Tamē ignorans ignorantia probabili, quippe cum non esset habitus pro hæretico in republica, sed pro catholico, vt sæpe contingere solet, quod quanuis aliqui sint infideles, apparent hominibus in vita fideles & catholici, qui post obitum constat fuisse hæreticos. Ilos ergo nisi sciēt & presumptuo se sepelierint, non incidere in poenam tenendum est. Caietan. in sum. verb. Excommunicatio. cap.

46. glo. in clem. vni. verb. scienter. de consanguini. & affini. glo. in Clem. 1. verb. scienter. de sepulture. quæ inquit, necessariam fore scientiam ad hoc vt excommunicatio liget. cap. significauit. & c. cum desideres. de senten. excomm. cap. 2. vbi glo. 1. de hæret. lib. 6. Feli. in cap. 2. num. 6. de constitut. & ibi Andr. ab Exea. Couar. latè in rep. capi. Almat. mater. 1. par. §. 10. num. 7. de senten. excomm. lib. 6. agit, an sententia excommunicationis liget ignorantes, etiam quando est posita pro actu damnato à iure diuino. gloss. in extrauagan. Quia quorūdam. verb. scienter. Ioan. 22. sub titu. de verb. significatiua. Et poena sine fraude locum non habet. l. aliud est fraus. ff. de verb. significatiua. l. sancimus. C. de poen. Et antiqui fraudem pro poena ponere solebant. l. cum autem. §. iuuent. ff. de adulter. edit. Plura Per Marcum Antoni. Natta. consil. 338. numer. 5. lib. 2. Ideo nec irregularitas contrahitur absque dolo, etiam si culpa absit cap. is cui. ibi. scienter. vbi notat Domini. de verb. locum non habet. l. 6. notab. 1. Marti. Haur. in rep. cap. accepta. oppositio. 8. illatio. 9. num. 34. de resti. spolia. & in rep. cap. cum contingat. verfic. Secunda decisio. pagin. 161. de rescrip. & in manuali confesso. capitul. 25. num. 70. & in cap. 27. num. 74. Couar. in Clem. Si furiosus. 1. par. §. 1. num. 4. verfic. Secundò hic diffiniri poterit. de homici. & scientia & malitia dicenti & allegati incumbit probare, cum sit fundamentum suæ intentionis. Et qualitas quæ inducit delictum, non præsumitur, nisi probetur. glo. in l. eum actum. ff. de nego. gest. cum multis concordant. à me collectis in l. 1. glo. 1. verfic. Dubium est circa hanc legem. titu. 10. libr. 1. ordina. Socinus iunior consil. 36. num. 1. col. 2. lib. 2. ex cuius dictis hoc bene probatur. Qui ergo dubitans hæreticum fuisse aliquem eum sepeliuit, nō facit præsumptuose, ac proinde non incidit in poenam aduersus sepelientes hæreticos, credentes & impositam à cap. 2. de hæret. lib. 6. cum dicat, scienter præsumperint. Verbum enim, & iactantiam facientis contra legis præceptum denotat, glo. in cap. decernimus. verb. Non præsumant de iudi. notat Barba. in cap. si diligenti. num. 146. de foro competent. Item etiam poena contra sepelientes, est canon latæ, & non ferendæ sententiæ, dum in dict. ca. 2. ponuntur hæc verba, excommunicationis sententiæ se nouerint subiacerè. id est, ipso iure. ex Feli. in cap. Rodolphus. verb. subiaceat. numero. 26. de rescrip. Declarat Panormi. in cap. clericis. nu. 14. ne clerici. vel monach. est glo. in no detur. in cap. 2. §. in hibemus. de hæret. lib. 6. & infra latius in hac glo. dicitur. Et habita satisfactio, adhuc est necessaria absolutio, & in hoc differt à suspensione, in qua sequuta satisfactio, nulla alia absolutio est.

est necessaria, vt sentit glo. verb. vsq; in dict. ca. 2. & ibi Domi. citando glo. in Clem. 1. verb. donec. de decim. Quæ glo. probat suspensionem ad tempus, elapso tempore, absq; aliqua absolutione tolli, secus in excommunicatione ad tempus lata. Quam dixit notabi. Præposi. Alexandri in. c. nō est colum. 2. nu. 6. de Sponsali. Feli. in. c. ad aures. colum. 2. nume. 2. de simonia. Rip. optimè in ca. notab. 6. nume. 23. de iudic. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. numer. 16. vbi asserit post Rip. hanc esse communem opinionem & Carol. Molinæ. est videndus in. 1. part. in consuet. Parisiensibus. titul. 1. §. 27. quæst. 3. num. 5. fol. 224. col. 1. quanuis Alciat. in cap. 1. §. 6. notab. de iudic. vt refert Couarra. velit idem esse in excommunicatione, quod in suspensione, & malè & Rip. vbi supra in interdicto, & non bene. ¶ Satisfactio autem debet esse extumulando proprijs manibus, & publicè & a damera hereticorum. Et sic fieri potest per eos, quod tamen cum lex denegat, per alios expli cari nequit. Tex. id denotat cum sua gl. verb. proprijs, & in verb. publicè in cap. 2. in princip. de hæreti. lib. 6. Et est notandus text. dum ait, proprijs manibus, & sic denegat potestatem per alium extumulandi, quia in dustriam personalem hæc verba important. I. iubeimus. ibi, vnusquisq; miles accepto per suam manum. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. vbi Bar. num. 2. notat, quod stipendiarij consistere non possunt procuratorè ad suum stipendium recipiendum, quia per manum propriam ipsorum debent recipere. Et ideo inquit, quod sint cauti procuratores communis, quod nūquam procuratores ipsorum soluant. Et illi text. ad hoc dixit sing. Ludo. Roma. cons. 332. Quaritur primò. colu. 1. in princ. lat. in. 1. si quis id quod. numer. 37. ff. de iur. omn. iudic. & in. I. iubeamus. colum. 3. numer. 17. C. de testament. Alex. in addi. ad Bart. in dict. I. iubeimus. aliàs incipit. Per hanc num. 3. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. & ibi Ioan. de Platea. numer. 2. & ibi Additio. ad eum. Et Lucas de Pen. colum. 3. ponit aliquas questiones, quæ non possunt per procuratorem explicari, cum in dustria personæ sit necessaria cap. fin. §. is autem. vbi Feli. plenissimè de offi. delegat. l. 1. §. ne autem. C. de cadu. tollend. ibi, suis manibus. l. 1. ibi, suis manibus. ff. de eo per quem fact. erit. l. si quis id quod. ff. de iur. omni. iudic. Et sic statatub; præcipiens aliquid fieri proprijs manibus, non verificatur per substitutum vt notat Alex. in. d. l. per hanc. aliàs incip. Iubeamus in additio. ad Bar. num. 3. C. de erogatio. milit. anno. lib. 12. nec incidere in poenam, quando tali casu faceret per procuratorem, licet à culpa delicti nō excimeretur, quam exercens actum malum per alium glo. in Clem. 1. verb. publicè de vita & ho-

nessa. cleri. sing. secundum Card. in capit. fin. §. is autem. notab. 1. de offi. deleg. & in cap. mulieres. de sententia excom. Panor. in cap. expositi. nu. 12. de dilatio. & in cap. licet. num. 3. de decim. Syluest. verb. clericus. 3. quæst. 6. Barbatius in. l. 1. in princ. nume. 1. colum. 1. ff. de verb. obligatio. & notat idem Barba. in cap. pastoralis. colum. 3. nu. 16. vbi dixi de iudic. Facit cap. in criminalibus. 5. quæst. 3. ibi, nisi per se, vbi notat Domini. col. 1. dicēdo, Nota, quod illud dicitur fieri per se, quod fit personaliter, & non per interpositum personam. Quod notate propter statuta, quæ quandoq; asstringunt personam ad exercendum actū personaliter. Hactenus ille. cap. quia frustra. de vsur. in illis verbis, nisi prius ipse vbi Card. notat, quæstus, qui fieri debet per se, non poterit fieri per iudicem. text. cum glo. in. l. singulos. verb. Chirographo. ff. de testam. vbi Bar. notat, quod quando actus est faciendus à pluribus, non poterit ille expediti per vnum ex commissione aliorum, & illa gloss. loquitur in testamento in scriptis, secus in nuncupatio. vt in. l. fin. C. de testam. Hodie verò in testamento in scriptis scientes signare, seu subscribere pro ignorantibus se subscribunt. l. 3. Tauri. Facit etiam. Nam quando commissio est facta per verbum, præcipio, indelegabilis est. gl. in. l. sape audiui. ff. de offi. præsid. Commendat vitra docto. ibi Iaso in. l. 2. C. communia delega. colum. 1. & in. l. 1. num. 94. C. de iure emphyteu. ad idem. cap. 1. de verb. signifi. ibi, proprijs manibus. lib. 6. Ergo cum in specie proposita factum sit arduum, & non leue, vt puniantur heretici, eorumque auxiliares, & cum eis communicantes, quocumque modo merito per se ipsos, & non per substitutos debent exhumare hereticum, Quia in modum non occultè, sed publicè. Quia, vt inquit, glo. publicè. in cap. 2. de hæret. lib. 6. publicè peccauerunt, ideo publicè satisfacere debent. c. 1. de poen. & remissio. Quem text. intellige, siue peccata fuerint notoria, vel publicè tantum, licet non notoria, secundum Ioan. Andre. & communem ibi. Idem etiam poenitentiam publicam inferendam esse pro crimine notorio, vel publico, intelligas à iudice in foro fori, non autem à confessore in foro interiori, & poenitentia. Nauar. post alios in cap. consideret. §. ponat se. num. 16. de poenitentia distinct. 5. & in cap. in princ. num. 89. in versicul. Quinto innuit hic text. eum. de poeni. distinct. 6. & quæ dicit A. hic. Floren. 3. par. tit. 14. c. 17. §. 6. Sunt hic annotanda. Quod fit, quod exhumatio debet fieri publicè, cum inferatur in iudicio exteriori, non autem in interiori, per præmissa. Et est optimè intelligendi modus ad dict. capit. 2. de hæret. lib. 6. ¶ Intellige etiam, quando ossa heretici, ab ossibus fidelium discerni, & separari possent,

sent, non aliàs, ne fiat iniuria Catholicis. capit. facris. de sepultur. glo. in. cap. quicumque verb. extumulent. de hære. lib. 6. Multa enim ratione incertitudinis tolerantur, quæ si certa essent, minime tolerarentur. Hippoly. in rep. rubri. C. de probationi. numer. 374. & Andr. Tiraquell. de primo genio. quæst. 17. in. 20. opinio. verb. plura scribit, quæ propter incertitudinem vitantur in iure. Quibus addenda est. l. 9. titul. 9. parti. 6. l. 8. ad fin. titu. 1. parti. 1. Locus etiã interdicitur, vt careat ecclesiastica sepultura, vbi fuit sepultus hereticus. cap. 2. in fin. princ. de hæreti. lib. 6. & sic res inanimata punitur. sic in capitu. foelicis. §. ciuitas. de poen. lib. 6. & in capitu. vbi periculum. §. præterea. versicul. ciuitas. de electio. lib. 6. capitul. ita nos. §. egeat. 25. quæstio. 2. quibus in locis ciuitas priuatur Episcopo propter delictum ciuium, & etiam Innocentes qui non peccarunt, sed fit ex causa, quāuis absque culpa. vt in regula, sine culpa. de regul. iuris. lib. 6. & quæ notat Coua. lib. 2. vari. resolu. capitul. 8. colum. fin. numer. 10. Sic ergo in specie proposita ideo diruntur domus proditorum & hereticorum, & sale feminantur, & tituli & statua ibi affigi solent, vt ceteri poena deterriti, similia committere non audeant. capitul. & dixit dominus. de consecra. distinct. 2. vbi latè dixi Salmantica in lectione ordinaria anno. 1561. l. 6. titu. 27. parti. 2. l. 2. titul. 10. lib. 4. ordinam. & ibi dixi in glo. 2. vbi domus proditoris diruitur in perpetuum: erunt etiam oculi in signum ne videant quod præterebant proditores. l. 4. titul. 28. par. 2. & sciuntur auricula in signum maleficij. l. 6. eod. titul. & parti. & nobilis vehitur supra asinum, & cum catenis, & per terram trahitur. l. 3. titul. 28. part. 2. & animal, cum quo peccauit, etiam si culpa careat, ne sit memoria flagitij, occiditur. capit. mulier. 15. quæst. 1. Leuit. 20. l. final. titul. 21. parti. 7. Igitur cum subsit causa, absque culpa ciues & ciuitas puniri poterit, vt à simili delicto odio poenæ alij retrahantur. Quod fit, quod etiam in libentur laici disputare publicè, vel priuatum de fide sub excommunicationis poena, vt euitetur causa recedendi à fide, quæ per disputationē aliquando euenire solet, & ne sub specie agni, habeant fortè facultatem proferendi alijs, quæ interius sunt, vel esse cogitant. capitul. quicumque. §. in hibernus. de hæretic. lib. 6. Confirmatur ex. l. nemo clericus. C. de sum. Trinita. vbi ait, Nemo clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis de fide Christiana publice turbis coadunatis & audientibus conetur in postero tractare: ex hoc tumultus & perfidia occasionem requirens. Nam & injuriam facit iudicio reuerendissimæ Synodi, si quis semel iudicata, ac rectè disposita reuoluere, & publicè disputare contendit. Sanctus Thomas

& ibi Caietanus optimè declarauit secundam, secūdam. quæstion. decima. articulo. septimo. Syluester in summa verbo. Disputare. & summa aurea Armillæ eodem verb. disputare. folio. 97. columna prima. Latius per Alphonsum à Castro libr. primo de iusta hereticorum punitione, capitul. decimo nono. folio. 61. columna prima. cum sequent. Antoni. de Rosellis in tractatu. de concilijs, titul. Quanto tempore debet durare Concilium. §. Et vt dixi. numer. vigesimo primo. Tradit Gondifalvus à Villadiego in tractatu contra hereticam prauitatem. quæstio. vigesima prima. numer. primo. cum sequent. Probatur ex Apostolo secunda ad Timothæ. secundo. Noli verbis contendere, ad nihil enim vile est, nisi ad subuersiōem audientium. Præterea disputatio argumentis aliquibus agitur: sed argumentum est ratio rei dubiæ faciens idem, ea autem, quæ sunt fidei, cum sint certissima, non sunt in dubitationem adducenda, ergo de his, quæ sunt fidei, non est disputandū, præsertim à laicis, cum vt in plurimum sint illiterati. Ad idem capitul. cum quibus. 24. quæstio. tertia vbi Cardinal. Turrecremata. Facit text. in capit. in mandatis. 43. distinct. 1. 46. titu. 5. partit. prima l. 1. titul. 1. libr. 1. for. iuzzo. Sed in contrarium virget, imò quod sit licitum de fide catholica disputare. l. quoniam venerabilis. & ibi glo. verbo. vno ore. C. de episcop. & cleric. glo. in capitu. quis ne sciat. 9. distinct. glo. final. in. ca. nos ad fidem. 96. distinct. Item Actuum. 9. dicitur, quod Saulus inualefcebat, & confundebat Iudeos, & quod loquebatur gentibus, & disputabat cum Græcis. ergo de fide catholica licet disputare. Sed his non obstantibus, quæ non sunt contraria, imò declarant conclusionem propositam, est dicendum, duplicem esse disputationem, vna materialis & hæc ad exercitium, vel ad errores confutandos, quæ coram sapientibus, & firmis in fide laudabilis est, vt prædicta glossæ in difficultate adductæ probant Innocen. in capitul. 2. ad finē. de summa Trinita. Ioann. Montholon. in proimptuario. verb. disputare. & Caietanus secunda secūda. quæstione decima. articulo septimo. & Castro libro primo de iusta hereticorum punitione. capitul. decimo nono. Villadieg. contra hereticam. præi. q. 21. Ioannes Echius in enchiridio. capitul. 27. Præposi. in cap. Sancta Romana. numer. 3. distinct. 15. & in capit. quis nesciat. numer. 9. distinctio. nona. vbi latè Ioann. de Turrecremata numer. 1. vbi ponit quatuor conclusiones. & in dict. capitul. cum quibus 24. quæstio. tertia. Altera est formalis & verè dubitandè de fide; volendo asserre contrariam rationem de fide pro, vel contra, & talis dicitur propriè & formaliter disputare de fide, quæ cum sit certissima, & dubijs in ea

fit, hæreticus est censendus. cap. i. de hæret. Et ista disputatio omnibus tam clericis quam laicis est prohibita, ut in confirmatione conclusionis constat, & ex doctoribus supra proxime citatis. Laicis autem non licet disputare de fide. c. 2. §. in hibernis. de hæret. lib. 6. nec licet prædicare eis sub pœna excommunicationis. c. excommunicamus. 1. §. Quia verò. & c. cum ex iniuncto. de hæret. & c. sicut vno corpore. & ibi glos. eod. titul. Quod sit, quod clerici in sacris constituti magistratur, & Doctorum gradus recipere possunt ex constitutione. 32. in nostra Salmanticensi academia omnium principum in sacra Theologia: quia dignitas Doctoralis præstat eis facultatem prædicandi. d. cap. sicut. de hæret. Et sic magistris habent facultatem à Canone. Et etiam alias conceditur ab homine. Sic ergo laicus prædicare prohibetur per præmissa iura, nisi haberet licentiam à superiore. Panor. & Deci. num. 19. vers. Otauo quæritur. in. c. 2. de iudi. glo. in. c. bene quidem. 96. dist. in. c. in verb. laico. quæ probat laicum ex Romani Pontificis cõmissione sententiã excommunicationis ferre posse. Panor. idem notat citando præmissã glos. in cap. fin. col. final. numer. 2. de cler. agrotant. & in. c. ab excommunicato. num. 6. de refer. & in. c. ecclesiã sanctã. num. 2. de consti. Felin. in. c. solitrã. num. 2. de maio. & obedien. glos. est simi. in. c. præter hoc. verb. ducibus. 32. dist. in. c. vbi glos. verb. arbitrio. in. cap. Mennam verò. 2. q. 5. Deci. in. l. socinã. num. 41. ff. de regu. iur. loã. à Selua in tractat. de beneficio. 2. part. q. 5. nume. 8. ita saluantes glo. in. c. ad iij. c. 16. q. 1. Sed est dubium, cum tex. in dict. c. 2. §. in hibernis. de hæret. lib. 6. dixit, innotetur. in glos. eod. verb. an sententiã excommunicationis sit canon latã sententiã, an ferenda. Et ibi glos. post Archiep. genẽ. quod sit ferenda, & ad eius incursum requiritur monitio, ne publicè vel priuati prædicet. Et glos. illa est allegabilis, quatenus habet. quod verbum præteriti, seu præsentis temporis sit canon latã sententiã, verbum autem futuri sit ferenda. Et signanda secundum Ancha. in dict. c. 2. col. fi. Domi. & Philipp. Franchum. Barba. in. c. 2. in prin. de for. cõp. vbi est glos. simi. & alia in. c. quisquis. de elect. alia in. c. si diligenti. de for. comp. & in. c. si quis ex clericis. de vita & honest. cleri. & omnino. Additio. ad Bald. in. l. iubemus. C. de sacr. sanct. eccl. sub num. 2. in. §. sanct. col. 3. Bald. in. l. iubemus sanẽ. nu. 2. & ibi glos. & in. l. in criminali. C. de iur. om. iudic. quas com. Felin. in. ca. Rodolphus. vbi latẽ nume. 36. de refer. Cui addendus est Ioann. Hannibal in rep. l. post contractum. num. 23. ff. de donatio. vers. Nam quando actus valet ipso iure. Tiracuell. in repet. l. si vaquam. verb. reuertatur. numer. 172. C. de reuocan. dona. Præter hæretici,

& filij catholici eorum hæreticorum, fautorum, defensorum, & receptorum vsque ad secundam generationem ad ecclesiasticum beneficium, seu officium nullo modo sunt promouendi. cap. 2. de hæret. lib. 6. Cuius verba sunt, Hæretici, aut credentes, receptatores, defensores, & fautores eorũ, ipsorumque filij vsque ad secundam generationẽ ad nullum ecclesiasticum beneficium, seu officium publicum admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. Comprobatur pœna ex tex. in. cap. scilicet. §. nulli. de pœn. lib. 6. & ex tertia instructione Vallisolerana. cap. 11. & Jacob. Septimacens. in institutio. catholicis. cap. 29. numer. 1. & Clemen. 1. §. ipsius filij. ibi, ipsi filij per masculinam descendentes lineam vsque ad generationem secundam, omni spe dispensationis adempta, reddantur ipso facto inhabiles ad ecclesiasticum beneficium, de pœnis. Ex quo text. deducitur hæreticum irregularem & inhabilem esse propter tale crimen, si celebrabit sicut prius antequam fuisset absolutus ab excommunicatione & suspensione, in qua incurrit ipso facto propter crimen heresis, non alias. c. si celebrat. de cle. ex. c. ministrant. nisi peractã poenitentia, cum ipso fuerit dispensatum. Quam positionem intelligo, quando crimen fuit publicum, secus si occulte commissum, nam post iniunctam poenitentiam non requiritur alia dispensatio, ut in sacris ministrare valeat. argum. cap. quæsitum. de tempor. ordina. Secundo est tex. in. c. ex tenore. eo. titu. quo textu probatur ex nullo crimine quantuncumque graui degradationem inducenti, quod est omnino occultum per accidens post peractam poenitentiam nullam suspensionem, seu irregularitatem induci in susceptis: seu suscipiendis ordinibus. Et eleganter prebat Alphonsus à Castro in lib. 2. de potesta. legis pœna. c. final. fol. 264. col. 2. vers. Tertia principalis conclusio. glos. in. c. inquisitionis. verb. Homicidium. de accusatio. quæ excepti crimen homicidij. per. cap. quæsitum. de tempo. ordi. Tamen Alphons. à Castro vbi supra idem tenet in homicidio occulto per accidens. Nauar. tamen ab eo recedit in manuali cõfesso. cap. 27. nu. 139. pagin. 769. Quod etiam in crimine heresis requiritur notorietas ad incursum irregularitatis, constat ex. c. ad abolendam. de hæret. ibi, vt quicumque manifeste fuerit in hæresi deprehensus, si clericus est, vel cuiuslibet religionis obumbratio nefuscatus, totius ecclesiasticis ordinis prærogatiua nudetur, & sit omni officio & beneficio spoliatus. &c. Et textus in capitul. secundo de schismaticis. ibi, si publicum est, &c. Ergo si occultum poenitentia sequatur istius peccati, & absoluto ab excommunicatione, nulla superest suspensio, seu irregularitas in isto crimine, enormissimum,

tum, quia contrarium iure non reperitur expressum, quia regula text. in. d. c. ex tenore. & in cap. final. de tempo. ordi. generalis est in omni crimine, ergo generaliter est accipienda, cum præcipue hæc pars sit benignior, & mitior. Hæretici ergo, ac filij eorum, non sunt admittendi ad ecclesiasticum officium, seu beneficium, et si admittentur, ipso iure sunt priuati. textus in dicto capitulo secundo §. hæretici. ibi, quod si secus. &c. & in capitul. statutum Foelicis. eodem titul. de hæreticis. lib. sexto. capitul. vt commissi. §. priuandi. eodem titul. & lib. sexto. vide quæ scripta sunt in fratul. 9. l. illud autem quod dixi supra, irregularitatem non contrahi per delictum occultum, etiam si sit hæresis, sed per solam poenitentiam criminis tolli, crederem attenda dispositione sacri concilij Tridentini Sessio. 24. cap. 6. incipien. licet episcopis. irregulares effici, sed tamẽ dispensatio pertinet episcopis, & eorum vicarijs ex sua delegatione iuxta tenorem ipsius literæ, illud tamen an notandum est, quod verba dicti cap. 6. ad fin. ibi, idem in hæresi crimine in eodem foro conscientie existant, non eorum vicarijs, sit permissum. sunt intelligenda, quod vicarij episcopi specialiter ad hoc deputatum possunt in irregularitate contracta ex crimine occulto & non deducto ad forũ contentiosum dispensare in foro conscientie gratis & imposita poenitentia salutaris, non tamẽ possunt vicarij horum vicariorum, & sic vicarij per se, & non per substitutum debent hoc munus exercere. ibi, eis tantum. scilicet, episcopis, & eorum vicarijs, vt supra dictum est, faciunt quæ dixi in. c. 1. de offi. vic. lib. 6. an substitutus seu vicarius substitutum alium, seu vicarium creare possit, notandum etiam est, quod prælatus in casu dicti cap. 6. propter crimen auditum in eo foro conscientie, subditum ab administratione beneficij, seu officij remouere non poterunt, Sanct. Thom. quodlibet. 5. art. 13. esset enim detegere confessionem, & actum occultum manifestare contra piã mentem concilij, quod esset iniquum, & contra disposita in iure, est tamen dubium an filius reconciliati, vel dñatæ matris per sanctum inquisitionis officium ad mortem, vel alio modo possit cathedram in aliquo studio approbato consequi, vel gradum doctoratus, vel a suscepta cathedra sequuta condemnatione parentum priuari?

Secunda pars tractatus hæreticorum.

SED quia hæretico Catholici opponitur, & qui bene definiunt, con-

traria consignant, vt optime dicit Sanctus Thomas, ideo inquirendum est, Primò quis debeat Catholicus cenferi, hoc enim scito, facile erit dignoscere, quis reputari debet hæreticus. Catholicus ergo (vt quibusdam placet) ille censendus est, qui integram, & inuiolatam seruat Catholicam fidem. Seruare autem integritatem catholicam fidem, est omnia, quæ ad fidem Catholicam pertinent explicitè, vel implicitè credere fideliter & absque dubitatione, & nulli contrario pertinaciter adherere. Et hoc vltimum ideo additur, quia stat aliquem implicitè credere omnia, quæ ad fidem Catholicam pertinent, & tamen non esse Catholicum, sed hæreticum, scilicet, si pertinaciter adherat alicui, quod est contra fidem. Vt si quispiam credens omnia, quæ vniuersalis ecclesia credit, pertinaciter teneat, quod Salomon fuit pater Dauid, quod est contra veritatem scripturæ sacræ secundo Regum vndecimo, & Matthæi primo. Si verò queratur quid est implicitè credere, est credere alicui vniuersali, ex quo multa sequuntur, & nulli contrario pertinaciter adherere. Vnde & credens hanc propositionem vniuersalem, Omnia quæ traduntur in sacra scriptura, & quot modis dicitur hæreticus, & quæ sit acceptio hæretici, quæ credit vniuersalis ecclesia sunt vera, implicitè credit: sed credens hæc vniuersalem, potest nihilominus pertinaciter dissentire alicui singulari, quæ continetur in sacra scriptura, vel doctrina ecclesiæ vniuersalis, pro eo scilicet, quod non intelligit, vel non credit singulare illud sub illa vniuersali, scilicet, in doctrina ecclesiæ, vel sacra scriptura contineri. Si verò queritur quomodo est possibile quod aliquis credat omnia quæ tradit scriptura sacra, vel credit vniuersalis ecclesia, & tamen pertinaciter adherat alicui assertioni quæ repugnat vel traditis in sacra scriptura, vel in fide vniuersalis ecclesiæ? Ad hoc dicitur, quod sicut contingit aliquid sciri in vniuersali & ignorari in particulari: sic possum scire quod omnis homo est rationalis, & ignorare hanc singularem, ille homo est rationalis, demonstrato aliquo quem video: & reuocatis, de quo ignoro an sit homo, vel brutum: sic possibile est, quod aliquis credat hanc vniuersalem, Omnia contenta in scriptura sacra & doctrina ecclesiæ sunt vera, & tamen credat hanc esse falsam, Beatus Lucas fuit discipulus Christi, quia ignorabat hanc veritatem contineri, vel posse inferri ex diuina scriptura, quo posito, si pertinaciter adhereret quacunque ex causa huic, Beatus Lucas non fuit discipulus Christi, siue hoc faceret ex ignorantia, siue ratione temporalis cõmodi siue principatus & gloriæ causa, hæreticus & non catholicus censetur: Tales quidem fuerunt ferè omnes hæretici Tom. iij. G 2 per

per ecclesiam condemnati: tenebant enim tota sacram scripturam esse veram, sed ideo fuerunt iudicati hæretici, quia pertinaciter tenebant aliquid contra sacram scripturam, vel doctrinam ecclesie, quod tamen contra eam esse non credebant. Sive rō queritur quid est credere explicitē, Respondetur, quod credere explicitē, est alicui particulari propositioni assentiri, quia in doctrina ecclesie continetur. Ideo autem dixi, quia in doctrina ecclesie continetur? quoniam si illi assentiatur propter aliquam rationem aliam, vel auctoritatem, talis quidem assensus non erit fides, nec assentire erit credere, sed scire, vel opinari. Vt puta, quicūque Christianus etiā simplex assentit huic, Christus natus est de virgine, quia ab ecclesia ita edocetur, nec ad hoc habet in ductum aliud quam doctrinam ecclesie, talis Christianus explicitē credit hanc singularem propositionem, Christus de virgine natus est. ei verō illi assentiat, quia in Alcorano continetur, talis assensus non erit fides. Sed quia impossibile est aliquid assentiri in ecclesia, & tenacis memoriæ virum explicitē credere omnia, quæ in doctrina ecclesie continentur, ideo queritur, quæ sint, quæ fideles omnes tenentur explicitē credere. S. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5. huius fuit opinionis, quod articulos fidei explicitē credere teneantur. Alijs videtur, quod etiam non omnes articulos, saltem eos, qui communiter in ecclesia docentur, & prædicantur fideles scire tenentur, & huius opinionis fuit Scotus lib. 3. Sententiarum. dist. 2. Vnde secundum aliquos doctores, quilibet Christianus tenetur explicitē credere articulos de Unitate & Trinitate diuinarum personarum, de remissione peccatorum, & de consequentione vitæ æternæ. Item omnes articulos ad humanitatem Christi pertinentes, videlicet, quod Christus conceptus est de Spiritu Sancto, natus de virgine, passus, quod in infernum descenderit, quod surrexit, & ascendit in cælum, & veniet iudicare vivos & mortuos. Inter articulos etiam diuinitatis tenebuntur explicitē credere, quod omnia visibilia & invisibilia à Deo creata sunt, quia communiter in ecclesia hoc docetur. Et si quis piā arguat, quod simplices & illiterati non possunt intelligere quid per terminos importetur, in quibusdam articulis, vt puta, in articulis Trinitatis personarū. Ad hoc dicendum, quod siue capiant, siue non, necesse est eos credere explicitē Deum esse vnum in essentia, & trinum in personis. Nam aliās cum nullus etiam doctissimus capere valeat plenam intellectum horum articulorum, omnes etiam docti & prelati exultarent à fide eorum explicita, quod dicendum non est. Non autem omnes ad fidem explicitam credibilem pariter tenentur, sed simplices quidem & laici ad fidem

articulorum, vt dictum est: presbyteri autē, quibus cura animarum non committitur, & à quorū ore non requiritur lex, sufficit si præter hoc tantum scientia habeant, quod ea, quæ ad sacramentū perficiendum spectant, ritè seruare possint. Presbyteri verō, qui curam animarum habent, scientiā legis habere debent: non quidem, vt sciant omnes difficiles quæstiones legis, quauis debet ad superiores haberi recursus, sed sciant, quæ populus credere debeat, & obseruare de lege. Sed ad superiores sacerdotes, scilicet Episcopos pertinet, vt etiā ea, quæ difficultatem in lege facere possunt, sciāt. Vnde & Matthæ. 13. ap. solis, quibus succedunt episcopi, dictum est, vobis datum est nosse mysteria regni cælorum. Id est, vobis incumbit scire difficultia & secreta legis & ecclesie. Et Apolosus de Episcopo dicit ad Ti. quod amplecti debet fidelē sermonem, qui secundum doctrinā est, vt potens sit in doctrina sana exhortari, & eos, qui contradicunt arguere. Sanē autē exhortari, & contradicentes arguere, non fit sine scientiā difficultium quæstionū. Vnde in. c. inter alia, de offi. ordi. dicitur, quod Episcopi per seipos debent ministrare populo verbum Dei, & quod defecti scientiæ in eis ad prædicandum reprobandum sit omnino, nec de cætero tolerandum. Et inter episcopos tanto magis hoc scire tenentur, quanto in maiori gradu collocantur, sicut. S. Thomas dicit. 4. Sententiarum. dist. 24. q. 1. art. 3. quæstionula. 2. Ex præmissis inferuntur aliqua corollaria. Primum est, quod laicus etiā simplex catholicus esse potest: nā seruare potest integram & inuiolatam catholicā fidem. Si enim explicitē credat saltem articulos fidei, qui communiter in ecclesia prædicantur, & implicitē credat omnia vera esse, quæ in fide vniuersalis ecclesie continentur, & nulli contrario pertinaciter adhareat, catholicus est, & fidem seruat integrā, & inuiolatam. Secundum est, quod sine fide explicita, saltem articulorum, qui in ecclesia communiter prædicantur, nullus saluus esse potest, si tamē doli capax sit, & annos discretiouis attigerit. Tertium est, quod fides explicita respectu credibilium, nō est in omnibus fidelibus æqualis, sed maior in maioribus, id est, in episcopis, & inter episcopos, maior in summo episcopo, id est, in Papa, ad quæ omnes quæstiones legis referendæ sunt. Quartum est, quod quauis ex parte minorū, id est, simplicium determinatus sit numerus eorum, quæ explicitē credi debent, non tamen ita determinatus est ex parte maiorum, id est, presbyterorum & episcoporum. Quintum est, quod sine fide implicita potest esse saluus. Licet enim ponatur aliquem explicitē scire & credere omnia, quæ ecclesia vsque nunc tenenda & credenda docuit, necessariū est tñ, q̄ talis paratus sit credere oia, quæ ecclesia

cre-

credenda, & tenenda esse docuerit. Sextum est, quod ex parte simplicium minor est fides eorū, quæ explicitē credunt, id est, pauciora sunt, quæ creduntur explicitē: maior est autem fides implicita, id est, multa sunt, quæ implicitē credunt. In prælatibus maior fides est explicita, quam in simplicibus & vetulis, quia scilicet ad plura credenda explicitē tenentur: minor autem est implicita, id est, pauciora sunt, quæ implicitē credunt. Et inter prælatos quanto maiori gradu collocantur, tanto magis crescit explicita fides, & minuitur implicita. Septimum est, quod ad salutem necessariū est habere fidem explicitam, nam cum altera tantū nemo posset saluū fieri, vt probatum est. Faciunt ad. l. r. titul. 1. libr. 1. supra. Habito ex superioribus, quis dicatur hæreticus, & quis catholicus censeridebeat, non erit ab re, si queratur, secundō vtrum omnes hæretici, sint hæretici nescienter. Ad quod est dicendum quod non, sed quod eorum quidam sunt hæretici scienter, & quidam nescienter. Sciēter hæretici dicuntur, non qui sciunt se esse hæreticos, vel errantes, impossibile enim est, quod aliquis sciat se errare, sed qui mente tenent assertionē, quam sciunt esse contrariam fidei Christianæ: huiusmodi sunt omnes illi, qui putāt fidem Christianam pro aliqua parte fallam, aut vanam, & vniuersaliter omnes, qui mente, & animo à fide apostatant. Tales enim quauis nesciāt se errare, imō putant, quod verius sentiunt, quam catholica ecclesia, sciunt tamen se difformari, & contraire doctrinæ ecclesiasticæ. Nescienter hæretici dicuntur, qui licet credant in genere totam fidem Christianam esse veram, in aliquo tamen articulo speciali errant contra eam. Quod dupliciter potest contingere. Vno modo, si teneāt aliquas assertiones esse falsas, quæ sub forma propria in scriptura canonica continentur, pro eo, quod putant, non omnem scripturam, quæ in veritate canonica est, ad fidem Christianā pertinere, huiusmodi sunt Manichæi, qui totum vetus testamentum respuunt, & solum nouum testamentum, & adhuc nō totum, sed in parte recipientes: quia solum illud, quod ipse recipiunt, ad fidem Christianam pertinere putant, qui propter hoc hæretici erant, sed nescienter, quia nesciebant se sentire contra fidem Christianam, imō se solos veros Christianos existimabant, alios autem, qui vtrumque testamentum recipiunt, hæreticos, & errantes reputabant. Alio modo dicuntur hæretici nescienter, qui credunt omnes assertiones, quæ in scriptura canonica sub forma propria continentur, esse veras, & omnes libros canonice esse tenendos infallibiliter, tamen quæ hoc credunt aliquam assertionem, quæ ex contrariis ibidem necessario inferitur, esse falsam, pro eo, quod putant non necessariū sequi ex cōtentis

101

in canone. Quod propterea contingit, quia scripturas aliter intelligunt, quam sensus Spiritus Sancti flagitet. Huiusmodi erant Ariani hæretici, asserentes filium esse minorem patre, contra illud, Ego & pater vnum sumus. Ioann. 10. Et contra illud, Qui videt me, videt & patrem: nam ego in patre, & pater in me est. Ioann. 14. quas scripturas ipsi male interpretabantur. In hoc genere hæreticorum sunt Sabelliani, & serē omnes hæretici, præter eos, qui aliquam partem canonis respuunt. Sed contra videtur, quod hoc modo nullus sit nescienter hæreticus: quia quicumque est nescienter hæreticus hoc modo, habet fidem implicitam de omnibus, credit enim totam fidem Christianam esse veram, sed fides implicita cum fide explicita articulorum sufficit ad hoc, vt aliquis sit catholicus, vt supra eo. titul. dictum est cap. 2. ergo nullus talis est hæreticus. Ad hoc dicitur, quod ad hoc quod aliquis reputetur catholicus non sufficit quod credat totam fidem Christianam esse veram, sed cū hoc requiritur, quod non credat aliquid pertinere ad fidem Christianam quod non pertinet, & quod nulli errori contra eam pertinaciter adhareat. Hæretici autem nescienter licet credant totā fidem Christianam esse veram, credunt tamen aliquid pertinere ad fidem Christianam, quod in veritate non pertinet, & pertinaciter adhareat alicui errori, qui in veritate contrarius est fidei Christianæ, licet ipsi non credant contrarium esse, & propterea sint hæretici: aliās enim staret aliquem esse catholicum, qui crederet omnia euangelia esse falsa, putans ea non pertinere ad fidem Christianam, quod est absurdum. Queritur præterea, tertio quid sit pertinacia, & quod duplex sit. Ad cuius responsionem primō sunt quædam prænotanda. Quorum primum est, quod pertinacia opponitur perseverantia, perseverantia autem est, secundum Tullium in sua Rhetorica, in ratione bene considerata stabilis & perpetua mansio, vnde per oppositum, pertinacia erit stabilis & perpetua mansio in errore minus bene considerato. In hoc enim conueniunt perseverantia, & pertinacia, quod sci licet vtraque habet stabilem & firmam mansionem: differunt tamen, quia perseverantia habet stabilem & firmam mansionem in bene considerata ratione, pertinacia autem in errore. Differunt etiam pertinacia & contumacia: quoniam contumacia est quædam voluntaria inobediencia, quæ quis monitionem iudicis implere contemnit, vt colligitur ex. c. 2. de dolo. & contu. iuncta glo. in ver. contumaciter. Pertinacia autē est stabilis mansio in errore, siue cōcuprat in obediencia superioris, siue nō; Differunt ergo sicut superius & inferius: omnis enim contumacia est pertinacia, sed nō cōuersititur. Huic autē descriptioni pertinaciæ cōcordat descriptio Tom. iij. G 3 pto per

ptio pertinacis posita ab Isidoro, in qua sic dicit, Pertinax est impudenter tenax. Ille autem est impudenter tenax, qui tenet errorem, quem dimittere debet. Pertinacia vero specialis, de qua ad presens loquimur, poterit sic definiri, Pertinacia est in errore contra fidem & doctrinam ecclesiae stabilis mansio. In hac definitione, ly mansio stabilis in errore, ponitur loco generis, ly vero, contra fidem & doctrinam ecclesiae, ponitur loco differentiae. Per hoc enim pertinacia infidelitatis distinguitur ab alijs pertinacijs, quae in errore consistunt, quae contra fidem non est. Ex praemisissis inferuntur aliqui, quod Iudaei, & Gentiles, quin errore suo perseverant, pertinaces sunt dicendi: Quod verum esset de Iudaeis, & Gentilibus, qui de catholica veritate informati, a suis erroribus non discedunt. Secus videretur de his, qui nunquam de fide catholica informati a suis fuerunt, nec per eos stetit, quominus informati a suis fuerunt, tales enim quia nesciunt se in errore esse, non proprie pertinaces dicendi sunt. Duplex autem potest pertinacia: inveni, vna mentalis, & alia exterior. Mentalis vel interior pertinacia est, quando quis pertinaciter corde adhaeret prauitati haereticae, vel pertinaciter dubitat de catholica veritate. Exterior pertinacia est, quae in voce, vel facto exteriori consistit. Prima pertinacia non potest aliter, quam per praesumptionem probabilem vel violentam convinci, quia non semper exteriora interioribus respondent: imò plerumque vox cordi, & cor voci & operibus contra dicit. Huius autem pertinaciae tres modi sunt. Primus est, si quis obstinantibus miraculis, quae pro firmata fide Christiana audit facta esse, putat eam falsam, vel dubiam. Secundus est, cum quis in generali credit totam fidem Christianam esse veram, alicui tamen errori quem nescit in speciali contra fidem esse adhaeret tam fortiter, quod quantumcunque sibi ostenderetur ad fidem pertinere, errorem nullo modo dimitteret, sed ante putaret fidem Christianam esse falsam. Tertius modus est, cum aliquis inharet alicui errori, qui est contra fidem & negligit quomodo & quando debet querere veritatem, talis enim non est paratus corrigi, si persistit in errore, quem de necessitate salutis dimittere tenetur: ista enim negligentia, vel ignorantia affectata, pro pertinacia reputatur. Inter has autem pertinacias sola interior est, quae hominem facit pertinacem: nam si daretur exterior sine interiori, non esset verè pertinax, qui exteriorem tantum habet: ecclesia tamen, quae de exterioribus iudicat, tale iudicaret pertinacem. Et notandum, quod sicut dictum est cap. precedenti, quod haereticorum quidam sunt scienter haeretici, alij vero nescienter, ita dicendum est de pertinacibus. Pertinaces enim nescienter dicendi sunt, qui credunt, vel dubitant fidem Christianam

esse falsam, vel dubiam. Nescienter verò pertinaces sunt, qui tenentes fidem Christianam esse veram, alicui errori contra fidem pertinaciter inharent, quem non esse contra fidem putant. Et sic per ea quae dicta sunt, facilis erit ad quaestionem responsio. **¶** Queritur insuper quarto. Quae sint verba & facta exteriora, ex quibus aliquis in foro exteriori conuincitur esse pertinax. Ad hoc quidam dicunt, quod plures sunt modi, quibus possunt aliqui de pertinacia conuinci. Primus modus est, cum quis facto vel verbis ostendit se non firmiter credere fidem Christianam esse veram, & sanam, ut pote si negat fidem, vel dicit eam esse falsam, vel dubiam, vel ad aliam factam se conuertit, ut puta si facit se circumcidi, vel Mahometum adorare: cōsulto enim de aliquo istorum, talis sine ulteriori examine reputandus est pertinax, & haereticus. Et si conuictus fuerit, vel confessus in iudicio quod tale aliquid fecerit, censendus est pertinax haereticus manifestus. Excusatur tamen ab haeresi, negans catholicam fidem, vel factum haereticale committens, si metu mortis, & pro ea vitanda hoc fecerit. Et per hunc modum excusatus est beatus Marcellinus ab haeresi, licet idolis immolauerit. Excusatur etiam secundo, qui committit actum haereticalem, & ab heresi & a peccato, si hoc fecerit absoluta coactione facta enim per vim praesentem & absolutam, nulla sunt, & pro infectis habentur, ut in. c. i. & in. c. ad audiendum. cū alijs. de his quae vi metus causa fiunt & in. c. maiores. de baptis. Sed contra hoc quidam obijciunt dicentes, quod ea, quae sunt per se mala fieri non debent ab aliquo & propter metum mortis. Sunt enim quaedam, ut Aristoteles inquit lib. 3. ethicorum cap. 1. ad quae nemo cogi debet, sed morte potius, ac extrema omnia perferre, alij enim, ut isti dicunt, tales propter metum mortis etiam a peccato excusantur. Ad hoc dicunt, quod pertinacia requirit spontaneam voluntatem: qui autem metum mortis aliquid faciunt, non videntur habere voluntatem spontaneam, & per consequens pertinaces non sunt. Alijs videtur obiectio concludere, & dicunt quod licet tales in veritate sint pertinaces, tamen ratione metus ecclesia habet eos excusatos, ita ut non contemnet ad poenas pertinacium. Sicut si quis metu mortis iuraret falsum, periurus esset, licet iudicio humano periurus non iudicaretur. De quo doctores dicunt in capitul. si verò. & in capitul. querelam. de iur. iur. Secus autem dicendum est de illo, qui extra metum mortis, propter cupiditatem, vel aliam causam haereticale factum commisit, talis enim humano iudicio haereticus reputatur, quantumvis mente haereticus non fuerit. Secundus modus pertinaciae secundum alios quos, est si quis diceret aliquam partem veteris, vel noui testamenti continere aliquid falsum, aut

non

non esse recipendam a catholicis, talis enim statim est iudicandus pertinax, nisi forte fuerit adeo simplex, quod nesciat, quid per nouum & vetus testamentum importetur, & seductus ab alijs ita dicat, firmiter tamen credit totam doctrinam ecclesiae esse recipiendam, tunc enim per ignorantiam excusatur, nec statim est reputandus haereticus, sed in formandus est prius de veritate, & examinandus, an sit paratus corrigi. Sed nunquid si aliquis laicus, qui de libro Threnorum nunquam audiuit, diceret illum non pertinere ad vetus testamentum, reputaretur haereticus. Ad hoc dicendum, quod multum refert dicere, aliqua pars noui vel veteris testamenti esse falsa, & dicere, quod aliquis liber non pertineat ad testamentum vetus vel nouum qui tamen secundum veritatem pertinet. Prima enim assertio iudicat asserentem esse haereticum, & pertinacem. Nemo enim, ut isti dicunt est alicuius rationis capax, qui non intellexerit, quicquid in nouo & veteri testamento continetur, ad veritatem catholicam pertinere. Secus est de secunda assertione. Non enim omnes sciunt, qui libri pertineant ad vetus & ad nouum testamentum. Si tamen vir literatus, & praesertim doctus in sacris literis sciens qui libri pertineant ad vetus testamentum, diceret quod liber Ruth vel Threnorum non pertinet ad testamentum vetus, statim iudicandus esset haereticus, & incorrigibilis, nisi talia verba ex surreptione dixerit, & statim se emendauerit, talis enim ab haeresi excusatur. Quicquid tamen dicatur ab alijs, tutius videtur dicere, quod apud ecclesiam, non iudicabitur pertinax aliquis istorum, nisi post informationem suam obstinatè in suo errore permaneat. Sed contra hoc quod dictum est, incorrigibilis, obijciunt. Incorrigibilis est, qui corrigi non potest, nullus autem est viuens, qui non possit corrigi, dicit enim Leo papa, Nemo desperandus est dum in hoc corpore constitutus est. ut habetur in cap. Nemo. de poenit. distinet. 71. ergo nullus est incorrigibilis. Ad hoc dicendum, quod incorrigibilis dicitur aliquis dupliciter. Vno modo, qui corrigi non potest & hoc modo daemones & damnati dicuntur incorrigibiles, qui proponit & non vult corrigi in proposito. Incorrigibilis accipitur in secunda significatione, non in prima, & dicitur incorrigibilis, qui est pertinax, obstinatus, & durus, seu qui proponit nunquam discedere a sententia sua, licet in terdum ab ea discedat, & corrigatur. Tertius modus est, si quis tenet vniuersalem ecclesiam errare, vel errasse, ex quo cepit congregari, licet credat fidem Christianam a Christo & apostolis traditam in nulla sui parte continere mendacium, talis enim, ut dicitur, statim est pertinax, nec examinandus est an sit paratus corrigi. Probatum sic, eadem omnino est fides Christi

Christiana, & fides vniuersalis ecclesiae: sed dicens fidem Christianam esse falsam statim reputandus est pertinax, igitur & dicens vniuersalem ecclesiam errare. Sed contra istam conclusionem inflatur ab alijs hoc modo, Non quilibet Christianus tenetur explicitè credere, quod ecclesia vniuersalis errare non potest: ergo si dicat ecclesia vniuersalem errare, vel errasse, non est reputandus pertinax, sed examinandus est an sit paratus corrigi. Consequenter tenet: quia pro nullius haereticis assertione debet quis ipso facto ceteri pertinax, nisi cuius oppositum tenetur credere explicitè. Antecedens probatur, quia non quilibet tenetur credere explicitè antecedens hoc, scilicet, vniuersalis ecclesia non errat. Quod sic probatur. Ecclesia enim non errare habetur ex eo, quod Christus dicit Matth. vlt. Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. & ex eo quod dicit Luca. 22. Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua. quorum neutrum tenetur fideles (saltem illiterati) explicitè credere. Quod autem non tenentur credere hoc explicitè, probatur: quia si tenentur, aut hoc esset, quia in diuina scriptura continetur, aut quia ad doctrinam ecclesiae necessariò inferitur, aut quia est apud omnes fideles tamquam catholicè diuulgatum. Non propter prima quatuor, quia non quilibet tenetur explicitè credere omnia, quae in sacra scriptura continentur, vel quae per ecclesiam approbatur, vel ex eis necessariò inferuntur. Nec propter quinta: quia haec veritas, ecclesia vniuersalis errare non potest non est apud omnes fideles diuulgata, imò multi sunt, qui nihil de ea audierunt. Propter hoc dicitur quaedam opinio, quod si quis diceret vniuersalem ecclesiam errare vel errare posse, non est statim iudicandus pertinax donec examinaretur an esset paratus corrigi. Ad argumētum autem in principio factum respondet, quod peccat per fallaciam figuram dictionis, quod licet eadem sit fides Christiana, & fides vniuersalis ecclesiae, tamen quia ly vniuersalis ecclesiae, importat Christianos in recto, quos ly fides Christiana importat in obliquo, non sequitur, quilibet tenetur explicitè credere fidem Christianam esse veram, ergo & ecclesiam vniuersalem non errare. Sed tenentes hunc modum de pertinacia conuincendi, ad hoc ita respondent. Dicunt enim, quod quando quod necesse est cōsequens credere antecedens, quod propterea est, quia saepe cōsequens est apud omnes catholicos diuulgatum, & non antecedens, & ita est de ista, ecclesia vniuersalis non errat in fide nec errauit, quae sub ijs verbis, vel a qui pollutibus est apud omnes catholicos diuulgata: quilibet enim Christianus putat se tenere illam fidem, quam tenet vniuersalis ecclesia, & illam esse vniuersalem ecclesiam, quae secum in fide concordat: & ideo sicut ista fides Christiana est vera, est apud omnes catholicos diuulgata, & est a quolibet explicitè creden-

Tom. iij. G 4 da, ita

da, ita & scita fides vniuersalis ecclesie est vera fides, est apud omnes diuulgata, & explicitè credenda, quare illam negans, statim est habendus pertinax. Quartus modus est, quo statim aliquis pertinax indicatur, si quis Christianus capax rationis, & intelligens negat aliquam assertionem catholicam, quæ apud omnes catholicos & fideles cum quibus conuersatur, tanquam catholica diuulgatur, & à prædicatoribus verbi Dei publicè publicatur, & prædicatur: sicut apud omnes catholicos publicè diuulgatur, quod Christus fuit crucifixus vnde ostenditur & à prælatis & doctoribus hoc publicè docetur, & ideo si quis inter Christianos nutritus negaret Christum esse crucifixum, esset statim pertinax censendus, & quanto magis esset inter Christianos conuersatus, & plures intrasset ecclesias, & verbum Dei à pluribus audiuisset, & maiorem literaturam in sacris literis habuisset, tãtò fortius pertinax præsumeretur. Quod autem negans aliquam assertionem catholicam apud omnes catholicos diuulgatam sit statim absque examinatione pertinax iudicandus, probatur tripliciter. Primò sic. Sicut nulli licet ignorare ea, quæ publicè fiunt, vt in cap. quod dicitis. 16. distincti. & in cap. qui habuistis. 12. quæstion. 2. & in cap. licet. 5. quæst. 1. ff. de institutio. 1. sed et si. C. de liberali causa si filiū. cum alijs multis. sic non licet ignorare ea, quæ publicè diuulgantur, & tanquam catholica prædicantur: qui autem negat assertionem catholicam, quam scire tenetur, & publicè diuulgatur, ignorare non præsumitur: ergo qui negat assertionem catholicam apud omnes catholicos diuulgatam, statim est pertinax iudicandus. Secundò sic. Negans assertionem catholicam ad omnes catholicos diuulgatam, non potest à pertinacia per simplicitatem vel ignorantiam excusari. Quod non per simplicitatem patet, quia ponitur quod talis negans est capax rationis & intelligens: si enim careret vsu rationis, vel esset alienatus à sensu bene excusaretur, quod ignorantia iuris diuini vel naturalis neminem excusat, vt notatur in. §. notandum. 1. quæstion. 4. ergo talis non potest à pertinacia, vel prauitate hæretica excusari. Consequentia patet. Quia ignorantia & simplicitas exculant negantes catholicam veritatem vt in capi. dixit Paulus. & in capit. qui in ecclesia. 24. quæstion. 3. Sed quæritur, cum multa proponantur etiam à prædicatoribus, quæ non pertinent ad catholicam veritatem, si negans huiusmodi assertionem publicè diuulgatam nesciat eam ad catholicam veritatem pertinere, erit ne pertinax censendus? Respondeo, quod apud Deum excusaretur, qui intuetur cor, apud ecclesiam tamen conferretur pertinax, nisi ignorantiam suam legitime probaret, scire præsumitur, quod veritas illa

catholica fuerit. Tertiò sic. Qui negat assertionem catholicam, quam debet & tenetur explicitè credere, est iudicandus pertinax & hæreticus, sed quilibet Christianus tenetur explicitè credere omnem assertionem catholicam apud omnes catholicos diuulgatam, ergo qui eam negat, est pertinax & hæreticus censendus. Maior patet, Quia si cut quilibet tenetur explicitè credere aliquid, ita tenetur vitare errorem illi contrarium. Probatur minor. Quia si aliquis tenetur explicitè assertionem catholicam credere, aut ad hoc tenetur, quia est apud omnes catholicos diuulgata, aut quia sic ostenditur per diuinam scripturam vel determinationem ecclesie. Si detur primum, habetur intentum. Secundum autem dari non potest: quia si sic, tunc veritas, quæ non est contenta in sacra scriptura, negari posset, & falsitas affirmari, quæ ipsi repugnat, quorum vtrunque est falsum. Non enim negari potest, Christum natum esse de virgine, licet in forma in sacra scriptura non cõtineatur. Neque affirmari potest, quod Saracenorum secta sit vera, quauis oppositum eius non sit explicitè in sacra scriptura contentum. Sed contra, Negans veritatem catholicam, de qua nescitur an per regulam fidei, hoc est, per sacram scripturam confirmetur, & est paratus corrigi, non est iudicandus pertinax, vt glossa, dicit in cap. neque licuit. 16. dist. sed possibile est, quod negans catholicam veritatem sit paratus corrigi, ergo non erit pertinax donec ostendatur sibi, quod assertio illa diuulgata sit, & sacra scriptura contradicat. Ad hoc dicendum secundum quosdam, quod licet talis in veritate esset paratus corrigi, tamen quantumcunq̃ hoc dicat, est contra eum violenta præsumptio de opposito, pro eo quod scit assertionem quam negat, esse tam publicè prædicatam per ecclesiam, quod non est ei credendum, cum dicit se paratum corrigi. Vnde & de talibus dicitur de heret. cap. 1. Nec eis omnino credendum est, qui fidem veritatis ignorant, talibus enim nec contra alios, nec cum de seipsis testimonium perhibent, est credendum. Quin tuus modus est, si quis negat catholicam assertionem, de quo est violenta præsumptio, quod eam sciat in sacra scriptura, vel de terminatione ecclesie contineri: veluti si constet eum illam assertionem prius in sacra scriptura, vel de terminatione ecclesie cum intellectu legisse, vel ex intentione docuisse, vel publicè vel occultè assertuisse: de tali enim si non sit probabile oblitum esse eorum, quæ prius nouit, violenta præsumptio est, quod scilicet negat catholicam veritatem, & per consequens quod est pertinax. Quod tripliciter probatur. Primò, quia talis aliquando sciuit illam veritatem esse catholicam, & non est oblitus, ergo adhuc scit illam esse catholicam, &

per

per consequens negans eam, videtur ex proposito negare, & sic erit pertinax. Secundò, quia talis est apostata, quia abiicit veritatem catholicam, quæ prius nouit esse catholicam, ergo est pertinax. Ille enim apostata est, qui veritatem catholicam, quæ semel habuit, abiicit, & ab ea retrocedit. Tertiò talis est peior infideli, ergo pertinax. Consequentia patet, Quia infideles sunt pertinaces. Antecedens probatur, Quia melius est viam Domini non cognoscere, quam post agnitam retrocedere, vt dicitur. 2. Petri. 2. & transumitur in cap. quidam. de apostat. Sed quid si talis negans catholicam veritatem dicat, quod quauis eam legerit, aut docuerit, nõ sciuit eam esse catholicam, vel dicat, quod paratus est corrigi. Ad hoc quidam dicunt, quod in tali casu non est ei credendum, nec in primo, nec in secundo dicto. Quod non in primo, patet: quia ei, qui sibi ipsi contrarius inuenitur, non est credendum in secundo dicto eius. vt in capit. per tuas. de proba. vnde glo. notat in capit. literas. de præsumptionibus. hoc est notabile, quod semper standum est primo dicto alicuius, si postea dicat contrarium & in alio iudicio, supra de testib. cum in tua. vel etiam extra iudicium supra de proba. per tuas. sed talis inuenitur sibi ipsi contrarius, dū veritatem, quam prius verbo vel opere innuit se cognoscere catholicam veritatem, postea dicit se non nouisse eam esse catholicam, quare huic secundo dicto eius non est standum, nec credendum. Nec etiam secundo eius dicto erit credendum: quia nulli erranti credendum est quod sit paratus corrigi, nisi qui præsumitur ignoranter à fide deuiare, imò præsumendum est eum discessisse à fundamento propter quod catholica veritati adhæsit, hoc est, à sacra scriptura vel doctrina ecclesie, & credere hæc esse falsa. Sextus inodus est, si quis legitime correctus se non corrigit, aut emendat, suam scilicet hæresim reuocando, talis enim præsumitur non esse paratus corrigi, & ita pertinax censendus est, vt manifestè colligitur ex Augustino in cap. qui in ecclesia. 24. quæst. 3. sic dicente, Qui in ecclesia Christi morbidum quid, prauum quæ sapiunt, si correcti vt sanum sapiant emendare nolunt, sed sua dogmata defendere contendunt hæretici sunt. Sed quia hic modus certissimus & nominatissimus, ideo circa illum quærantur duo Primò, quæ correctio sufficiens & legitima reputetur. Secundò ad quem spectat errantem corrigere. Ad primum dicendum, quod illa correctio sufficiens & legitima reputetur, quæ aperte ostenditur erranti, quod assertio sua catholica veritati repugnat, taliter, quod iudicio intelligenti nulla potest tergiversatione negare, cum illud sit sibi sufficienter ostensum. Sicut si afferenti ex ignorantia euangelij Ioannis quod Christi crura in cru

ce fracta sunt per milites, aliquis aperte ostenderet oppositum ex textu euangelij Ioannis. 19. capitul. sic dicitis. Venerunt ergo milites, & primi quidem frugerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo: ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non frugerunt eius crura. Tali aperte ostensum est, quod assertio eius catholice veritati repugnat. Item si afferenti duas personas esse in Christo, ostenderetur per textum Synodi Ephesine illum esse errorem condemnatum, nulla posset tergiversatione negare, quin illi esset sufficienter ostensum, quod assertio sua determinationi ecclesie repugnaret. Ex qua regula inferuntur duo corollaria. Primum, quod ad legitimum correctionem tenetur correctus statim errorem suum dimittere, ita quod si post conuincatur eundem errorem verbo, vel scripto tenere, est pertinax reputandus. Secundum est, quod ad nudam monitionem, vel increpationem non solum charitativam non habentis iurisdictionem, sed etiam coactiuam prælati sui, nemo tenetur errorem suum corrigere, si prædicto modo ostensum fuerit eum catholice veritati repugnare. Quod autem hoc sit verum, sic patet. Primò, quia doctores & tractatores scripturæ sacræ in expositione & intellectu eiusdem, præferuntur prælatis etiam habentibus iurisdictionem, licet in definiendis causis pontifices eis præferantur, vt aperte scribitur in text. & glo. sumum. 20. distinct. ca. 1. ergo ad minus doctores Theologici non tenentur ad nudam correctionem prælatorum reuocare errores suos, nisi ostensum fuerit eis, quod errant contra fidem, nec loquitur ibi text. de doctoribus ab ecclesia approbatis tantum, vt de Augustino, Hieronymo, Ambrosio, & Gregorio, sed etiam de alijs. Comparat enim ibi statum doctorum statui Pontificum, nec vocantur ibi doctores ij, qui doctoratus insignia acceperunt, sed qui scripturarum sufficientem peritiam habent, siue magistri, siue Licentiati, siue bacchalaurei sint. Secundò, quia subditi in his, quæ fidei sunt, non tenentur prælatis suis fidem indubiam adhibere: quia prælati ex simplicitate & ignorantia, & malitia errare possunt contra fidem, sicut & subditi, & propterea ad eorum nudam monitionem non tenentur aliquis errorem suum reuocare. Tertiò, quia prælati parati esse debent ad satisfaciendum poscentibus rationem de fide, iuxta illud. 1. Petri. 3. prælatis scribentis, Parati semper satisfacionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est fide. Ergo subditi non tenentur opiniones suas erroneas propter quantumque correctionem prælatorum reuocare, nisi fuerit legitima correctio, reddita scilicet, à prælatis ratione suæ correctionis. Quartò, à mandato, vel sententia prælati mandantis, quod subditus erro

rem suam reuocet, & non demonstrantis per regulam fidei, quod error ille fidei repugnat, licet subito appellare, si non credat se errare: ergo non est necesse cum tali mandato obedire. Consequenter patet: quia ubi est legitima appellatio, mandatum fuit iniustum, ut notatur in ca. vt debitus. de appe. Antecedens patet: quoniam alias praelatus posset errando mandare subdito, quod a catholica veritate discedat. Et si dicatur, quod secundum hanc rationem etiam legitime correctus non tenetur reuocare errorem, ex quo potest appellare. Respondetur, quod non est simile: quia correctus legitime a praelato si appellat, appellat frustratorie, & apud Deum peccat, & per ecclesiam puniri debet, non autem sic est in non correcto. Propter has rationes & similes dicunt, quod non solum ad nudam monitionem praelati inferioris, sed nec & Papae non tenetur aliquis errorem suum reuocare, nisi Papa ostendat illum fidei repugnare: tum, quia Papa saepe est illiteratus: tum, quia potest errare: in quantum homo particularis, tum, quia tenetur reddere rationem: tum, quia in causa fidei ab eo licet appellare. Primum vero corollarium sic persuadetur. Primo, quia Augustinus dicit, & habetur in cap. qui in ecclesia. 24. quaestio. 3. quod qui in ecclesia morbidum aliquid sapiunt, & correcti ut sanum sapiant, emendari nolunt, haeretici sunt. Sed tales sunt illi, qui tenentes errorem contra fidem, per aliquem edocentur legitime, quod error suus contra fidem sit, ergo haeretici sunt. Secundo, quia tenens errorem contra fidem, qui non est paratus corrigi, est haeticus, ut ex dictis patet sed ille, qui tenet errorem, de quo manifeste ostenditur, quod fidei repugnet, & non dimittit eum, cum non est paratus corrigi, est pertinax & haeticus. Tertio quia si quis tenens errorem per seipsum veritatem inuenit, tenetur statim errorem suum reuocare, ergo si ab alio doceatur, nihilominus tenebitur. Sed contra haec duo corollaria instatur, & primo contra secundum sic, Quia aut errans tenet haesim damnatam explicitè, aut tantum implicitè. Si explicitè tenet, ad simplicem monitionem praelati tenetur eam reuocare. Dicitur enim in cap. quicumque. 24. quaestio. 1. Quicumque in haesim semel damnatam labitur eius damnatione se ipsum inuoluit. Ex quibus verbis colligitur, quod qui lapsus fuerit in damnatam haesim, damnatus est. Quod etiam ex capitulis maiores. & cap. Achaicus. ca. cau. & quaestio. confirmatur: sed haeticus tenetur statim reuocare haesim suam, ergo a fortiori tenebitur ad nudam praelati correctionem. Et confirmatur per ecclesiae consuetudinem. Nam Inquisitores haeticae prauitatis conuictum, quicumque, qui tenuit damnatam haesim explicitè tanquam haeticum pu-

niunt. Item si tenens haesim damnatam explicitè non iudicaretur statim haeticus, hoc esset, quia per ignorantiam excusatur: sed hoc non, tum quia ignorantia iuris diuini neminem excusat, ut in regula, ignorantia. de regu. iur. lib. 6. & in §. notandum. 1. quaestio. 4. Tum, quia constitutio apostolicae sedis omnes astringit postquam publicata est nec aliquis post duos menses potest per ignorantiam se excusare, ut in cap. nouerit. de senten. excom. & in authen. Vt facta nouae constitutiones circa principium. colla. 5. Tum, quia in his, quae publicè fiunt, non potest quis ignorantiam allegare. Cum ergo damnatio cuiuscumque haesim publicè fiat, non potest quis tenentes haesim damnatam explicitè, se per ignorantiam excusare, & per consequens tenetur statim reuocare eam ad simplicem admonitionem praelati, vel aliter. Si autem haesim sit damnata implicitè, saltem videretur, quod ad correctionem Papae deberet eam reuocare, sicut & Hieronymus ad Damasum scribit se velle reuocare dicta sua ad eius arbitrium, ut scribitur in capi. haec est fides. 24. quaestio. 1. Et praeterea saltem videtur, quod Papa non tenetur reddere rationem, cum alicui mandatum quod dimittat errorem suum. Vnde & Papa saepe damnauit haeses, & tamen damnationis suae nullam reddidit rationem. Concilia etiam generalia symbola duo ediderunt, scilicet, Nicaenum, quod cantatur in missa, & cap. firmiter. de summ. Trin. & sic catho. & articulos distinxerunt, quos tamen per regulam fidei non inueniuntur probasse: tum, quia sic nulla esset differentia inter correctionem Papae & inferiorum praelatorum: tum, quia sic liceret alicui coram Papa haesim, quam non credit esse haesim non solum dicere, sed etiam defendere quantumcumque Papa diceret illam esse haesim, quousque offensum ei fuerit, quod contra fidem errat, si verbo saltem, vel facto protestaretur, aut appareret eum esse paratum corrigi, quando ei ostenderetur, quod contra fidem erraret, quae omnia videntur irrationabilia: nam si sic, quilibet posset dicere, quod non est sibi sufficienter ostensum eum errare contra fidem, & per consequens conuinci non posset de haetica prauitate. Contra primum etiam corollarium instatur: quia si verum esset, sequeretur quod nulla esset differentia inter correctionem factam a praelato, & a non praelato quo ad hoc, ut correctus teneatur vel non teneatur reuocare errorem suum, quod videtur absurdum. Ad primam instantiam quidam respondent, quod tenens ignoranter haesim damnatam explicitè, non tenetur ad mandatum etiam cuiuscumque praelati eam reuocare, nisi ei ostensum fuerit legitime quod sit contra fidem. Quod probatur tali ratione, quod tenens haesim explicitè damnatam,

natam, non est ex hoc ipso censendus pertinax, aut haeticus, igitur non tenetur statim eam reuocare. Antecedens patet ex dictis, & probatur ex eo, quia nullus magis reputatus est pertinax aut haeticus propter hoc quod tenet haesim explicitè damnatam, quam si neget catholicam veritatem in sacra scriptura contentam, nisi forte talis damnatio sit magis diuulgata inter catholicos quam scriptura sacra: sed non ex eo quod quis negat veritatem in sacra scriptura contentam est statim censendus haeticus, aut pertinax, sed examinandus est, an scienter vel nescienter eam neget, et si nescienter, an sit paratus corrigi, si ei ostendatur in sacra scriptura contineri: ergo tenens haesim damnatam explicitè, cuius saltem damnatio non est magis diuulgata quam sacra scriptura non est eo ipso censendus haeticus, nisi scienter teneat, vel conuinceretur pertinax esse, & in corrigibilis. Probatur assumptum. Nam beatus Augustinus aliquas veritates in sacra scriptura contentas nescienter negauit, & tamen non fuit haeticus iudicatus. Beatus etiam Hieronymus non fuit haeticus reputatus, qui in quadam homilia de Christo loquens, dicit, interrogat discipulos suos dicens, Quem dicunt homines esse filium hominis. Non dixit, dicit Hieronymus, quem me dicunt esse homines, ne cunctanter de se querere videretur, in quo aperte contradicit euangelio Lucae. 9. dicenti, Quem me dicunt esse turbam? & tamen Hieronymus non legitur se reuocasse, nec censetur haeticus, quia non pertinaciter, sed quia de textu euangelij non recordabatur, veritatem euangelij negauit. Secundo probatur antecedens: quia non cuiuslibet haesim per ecclesiam explicitè condemnatae contradictorium tenetur quicumque explicitè credere, cum neque quilibet teneatur explicitè credere quantumlibet veritatem catholicam expressè in sacra scriptura contentam, multi enim non possunt habere libros omnium condemnationum huiusmodi: ergo neque eo ipso quod quis tenet haesim damnatam explicitè, est censendus haeticus, sed prius examinandus est, an sit paratus corrigi, vel non. Vnde & iura allegata in oppositum loquuntur de illis, qui scienter labuntur in haesim, quam sciunt esse damnatam. Vel dicendum, quod Inquisitores puniunt tanquam haeticum eum, qui labitur scienter in haesim damnatam. Ad id vero quod dicitur, quod ignorantia non excusat tenentes haesim damnatam explicitè, Dicendum, quod eorum aliqui possunt per ignorantiam excusari, & aliqui non. Non enim de ignorantia excusari possunt, qui prius eadem haesim asseruerunt esse damnatam, & qui alios ad tenendum eandem quomodo libet coegerunt & qui protestati sunt eandem haesim velle tene-

re & defendere. Illi autem qui nullo modo de pertinacia possunt conuinci, & parati sunt corrigi, videntur per ignorantiam posse excusari. Vnde & cum dicitur, quod ignorantia iuris diuini non excusat, dicendum quod est verum, quando est iuris quod scire oportet. Est enim ignorantia carentia scientiae, non cuiuscumque, sed debita: haberi: vnde quia omnes scire tenentur articulos fidei, si quis contra eos errat, dicens Christum non esse conceptum de Spiritu sancto, aut natum de Maria virgine, non potest se per ignorantiam excusare. Secus est in iure diuino, quod aliquis scire non tenetur: sicut sunt multae catholicae veritates in sacra scriptura contentae, & per ecclesiam determinatae, quas quilibet fidelis scire non tenetur, vnde in talibus si per ignorantiam erret, excusatur. Ad id, quod obijcitur de sedis apostolicae constitutione, dicendum, quod omnes astringit postquam est ita publicè diuulgata, quod nullus potest ignorantiam allegare. Si autem non fuerit ita publicè diuulgata, non astringit ignorantes, qui non laborant ignorantia crassa & supina. Quod ergo dicitur, quod omnes astringit post duos menses, verum est omnes scientes, & ignorantes damnabili ignorantia laborantes, alios autem non astringit: licet forte astringat eos ad poenam per ecclesiam infligendam. Ad id vero quod obijcitur, quod in eis, quae publicè fiunt, non potest ignorantia allegari dicendum, quod non est vniuersaliter verum, vnde & in cap. ordinationes. 9. quaestio. 1. continetur, quod qui ordinati sunt ab haesiarchis, si nesciebant eos esse haesiarchas, & ab ecclesia damnatos, propter ignorantiam in susceptis ordinibus tolerantur. Et idem scribitur in cap. si quis a simoniacis. 1. quaestio. 1. Et ita in proposito, quod quantumdam fuerint aliqua haesim publicè condemnatae, tamen possunt etiam allegare ignorantiam, dicentes se nescire tales haeses esse damnatas: et si petatur ab eis probatio, sufficere videtur, quod iurent se ignorare, & sic a prauitate haetica per ignorantiam excusantur. Ad secundam objectionem principalem factam contra istud corollarium dicitur, quod nunquam inuenitur Papae aliquam haesim damnasse, & damnationis suae causam non dedisse, licet non semper reddat rationem eius in eadem damnatione, sed extra. Concilia etiam generalia licet non probant per regulam fidei articulos symbolorum in ipsis symbolis, tamen extra symbola manifestè probantur. Alij dicunt, quod condentes symbola probant articulos vel probationes aliorum tantum approbat. Cum ultra dicitur, quod inter correctionem Papae & inferiorum praelatorum nulla esset differentia, si Papa etiam teneatur reddere rationem hoc conceditur quo ad haeses damnatas explicitè,

citè, sed quo ad hæreses implicitè damnatas magna est differentia: non quidem in hoc, quod est reddere rationem, vel nõ reddere, sed quia super tenentes hæreses damnatas implicitè solus Papa habet iurisdictionem, vt eos punire possit: prælati autem inferiores eam in talibus sentiunt pertinaciam, debent hoc Papæ denuntiare, nõ autem aliquam exercere iurisdictionem. Ad id verò quod ultra obijciunt, quòd tunc liceret alicui etiam coram Papa defendere hæresim damnatam explicitè, quidam admittunt & concedunt hoc: imò addunt, quòd posset quis scies aliquam hæresim explicitè damnatam habentem diuersos sensus, tenere eam in sensu damnato, quando nesciret eam in illo sensu damnatam esse, sed crederet in alio sensu damnatam absque eo quòd hæreticus censeretur, & hoc quando ratione officij, vel dignitatis, vel alias non teneretur scire in quo sensu sit data, tunc enim posset per ignorantiam excusari, nec teneretur reuocare etiam sensum damnatum in hoc casu, nisi ei ostenderetur eam in illo sensu damnatam, & catholicæ veritati obuiantem. Et cum ultra additur, quòd sic nunquam posset quis conuinci hæreticus esse, hoc negatur. Non enim sufficit, quòd errans dicat non esse sibi ostensum, quòd error suus fidei repugnet, sed super hoc tenebitur stare iudicio peritorum, qui si dicant sufficienter probatum esse errorem alicuius fidei repugnare, tenetur reuocare illum, alias habendus erit pertinax & hæreticus: quòd si omnes periti in hoc errant, imò & Papa non definiendo eum eis errat, & de factò innocentes condemnant, & non hant appellationem eius deferre, non restat, nisi vt committat se diuino iudicio, vel iuxta Hieronymi consiliu, non innitatur prudentiæ suæ, sed maiorum. Sed quid, si aliquis in scriptis errorè seu hæresim manifestam defenderet? Quidam dicunt, quòd propter hoc non est pertinax nec hæreticus reputandus: quia quantum ad hoc non refert, an verbo, vel scriptis opinionem erroneam quis teneat, vel defendat. Nam beatus Cyprianus opinionem hæreticam in scriptis reliquit, quia tamè eam pertinaciter non defendit, non fuit hæreticus iudicatus. Sic etiam Abbas Ioachim errorem scripsit vt habetur in c. Damianus. de sum. Tri. & si. ca. quia tamen illi errores suos non defendunt pertinaciter, hæretici iudicati non sunt. Sed contra, quia secundum hoc nullus posset de hæresi accusari post mortem, cuius tamen contrarium fieri rationes ostendunt, qui ponuntur. 24. q. 2. Ad hoc dicendum, quòd propter hoc solummodo quòd quis hæresim tenuerit verbo, vel factò, non est post mortem de hæresi accusandus: sed si probari potest, quòd hæresim verbo vel factò tenuit pertinaciter, post mortem poterit de hære-

si accusari. Vt verbi gratia si de aliquo post mortem probatum fuerit, quòd verbo, vel scripto tenuerit duas personas fuisse in Christo, nõ est propter hoc solum hæreticus reputandus, sed per simplicem ignorantiam poterit excusari. Si autè probatum fuerit, quòd sciuerit dictam assertionem esse damnatam, & quòd postea eam verbo, vel scripto tenuerit, esse de pertinacia & prauitate hæretica condemnandus. ¶ Septimus modus conuincendi de pertinacia est, si quis alios ad errorem suum defendendum præceptis, minis, pœnis, præmijs, iuramentis, aut alio quouis modo ardeat molitur. Quòd enim talis pertinax & hæreticus censetur, multis rationibus confirmatur, quarum prima est, Non minus peccat, qui alios cogit ad hæresim pertinaciter defendendam, quàm qui erranti consentit, vel nõ resistit cum potest: sed qui hæretico cõsentit, pertinax & hæreticus est, ergo qui alios ad hæresim cogit, hæreticus & pertinax censendus est. Maior est manifesta. Minor probatur autoritate Isidori, quæ ponitur. 21. quaest. prima. Si quis alterius errori consentit, sciat se cum illo simili modo culpabilem iudicandum. Et id scribitur in cap. qui alios. de hæret. & in cap. error. 53. dist. 11. ¶ Secunda ratio est, Qui mandata alicui committere aliquod crimen, eius criminis reus est: & magis peccat, qui minis, terroribus, præmijs, promissionibus, & iuramentis ad aliquod crimen inducit, ergo in ducens aliquem ad hæresim defendendam minis, terroribus, præmijs, promissionibus, &c. magis peccat, quàm qui mandaret simpliciter hæresim teneri, & per consequens pertinax & hæreticus est censendus. Minor est nota. Maior probatur autoritate Alexandri Tertij in cap. mulieres. de senten. excom. dicentis, cum in vere committat, cuius autoritate, vel mandato delicta committuntur. Hæc ille. Tertia ratio est: quia qui per alium facit, per se facere videtur: ergo qui per alium hæresim defendit, ipse defendere censetur. Antecedens probatur autoritate Clementis Tertij in cap. Enricus. de deli. pu. indu. dicentis, homicidium tam factò quàm præcepto siue consilio nõ est dubium perpetrari. Quarta ratio est, Quia consulens aliquod crimen, tens est criminis: ergo ad illud in ducens minis, terroribus, &c. magis reus est. Antecedens probatur autoritate Augustini, qui, vt habetur de pœnitent. dist. 1. ait, Periculosè decipiuntur, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt, & non potius eos, per quorum consiliu, fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Quinta ratio est, quia participans criminoso in crimine est, vt in capitu. si concubina. de sententia exco. Sed qui cogit alios hæresim pertinaciter defendere participat in crimine hæresim pertinaciter defenden-

dentis, quia impendit ei auxilium & fauorem, ergo talis hæreticus & pertinax est censendus. Sexto, qui alios cogit ad hæresim defendendam, non est paratus corrigi, ergo hæretic⁹ & pertinax. Patet ex dictis Augustini in c. dixit Paulus. & in c. qui in ecclesia. 24. q. 3. Sed contra hanc conclusionem instatur: quia qui cogit alium & non ad peccatum mortale, non committit peccatum mortale, & per consequens non est propter talem coactionem pertinax & hæreticus iudicandus: sed de sensare hæresim non est semper peccatum mortale, ergo propter talem coactionem non est pertinax & hæretic⁹ reputandus. Probatur minor: quia potest quis cogere ad tenendam hæresim, quæ putat esse catholicam veritatem, & cuius oppositum nõ tenetur explicitè credere. Ad hoc dicendum quòd sic, & posset quis hæresim absque pertinacia defendere: tamen cogens aliquem absolute hæresim defendere quantum in se est cogit eum hæresim pertinaciter defendere. Sicut qui cogeret alium ad iurandum aliquam assertionem hæreticam, quòd irreuocabiliter & in perpetuum defendat, quantum in eo est cogit ipsum ad pertinaciter defendendam, licet coactus per iuramentum posset contra iuramentum veniens hæresim non defendere. Ad argumentum in oppositum dicendum, quòd potest aliquis peccare mortaliter cogendo etiam ad bonum. Nam qui cogit vouere castitatem, vel paupertatem, vel aliquid opus supererogationis, potest peccare mortaliter: quia talia suaderi possunt, imperari non possunt. c. integritas. 32. q. 1. o. 8. t. 1. ¶ Tertio, quod de pertinacia & prauitate hæretica potest conuinci est, si cogat aliquem veritatem catholicam abiurare, vel pœnis & præmijs veritatem catholicam negare compellit, talis enim pertinax & hæreticus iudicatur. Nam qui cogit aliquem veritatem catholicam abiurare, cogit eundem hæresi contrariæ irreuocabiliter adherere: talis autem, vt ex dictis patet, pertinax & hæreticus censetur. Sed nunquid talis cõpellens poterit per ignorantiam excusari, si credat veritatem illam catholicam, quam cogit abiurare, errorem esse, vel hæresim? Ad hoc dicendum, quòd talis per ignorantiam excusari non potest: quia nullus valet absque temeritate cogere aliquem vt abiuret, vel neget aliquam assertionem, nisi certus sit eam catholicæ veritati repugnare. Notus modus est, si quis abiurat catholicam veritatem, vel iurat se aliquam hæresim in perpetuum seruaturu, talis est pertinax, quia firmat se in proposito negandi assertionem catholicam, & adherendi assertioni hæreticæ, & non est paratus corrigi. Sed nunquid talis potest aliquo modo à pertinacia excusari? Respondetur, quòd si metu mortis, vel grauium tormentorum id faciat, poterit à

pernacia & prauitate hæretica excusari, non tamen à peccato mortali: potius enim mortem sustinere deberet, quàm contra veritatem catholicam tenere scienter. Sed nunquid si per ignorantiam hoc faciat, poterit excusari, quia qui per ignorantiam iurat falsum quòd putat esse verum, in edax non est, vt in cap. his autem. 22. quaest. 2. Dicendum, quòd talis per ignorantiam à mendacio poterit excusari, non tamen à pertinacia: quia quantum in se est, pertinacem se ostendit, abiurando catholicam veritatem, vel iurando se seruaturum hæresim. ¶ Decimus modus est, si quis errans contra fidem, persequitur, vel molestat, aut impedit defendentes catholicam veritatem, aut impugnat prauitatem hæreticam, talis enim hæreticus & pertinax censetur. Quòd multipliciter probatur. Primò sic, Errans contra fidem, qui non est paratus corrigi, est pertinax, vt ex dictis patet: sed impediens declarationem catholicæ veritatis, & impugnationem prauitatis hæreticæ non est paratus corrigi, ergo pertinax est & hæreticus. Item, quia talis, ex quo damnabiliter à veritate recessit, reprobus est circa fidem, sicut de talibus dicit Apostolus. 2. ad Timotheu. 3. quòd sicut Iamnes & Mambres resisterunt Moyse, ita & ij resistunt veritati, omnes corrupti mente, reprobi circa fidem, & quia in fide errant, censendi sunt hæretici. Et confirmatur ratio, Tum quia qui publicæ potestati resistunt, iuxta Apostol. ad Rom. 13. sibi damnationem acquirunt, igitur multo magis qui catholicæ veritati resistunt, sed damnationem non acquirunt nisi propter pertinaciam. Tum, quia qui nõ acquiescunt veritati, & credunt iniquitati, peccat mortaliter, cum iuxta Aposto. ad Roma. 2. eis futura sit indignatio, tribulatio, & angustia, ergo multo magis qui resistunt Catholicæ veritati, & credunt hæreticæ prauitati mortaliter peccant, & non nisi propter pertinaciam, quia resistere veritati non pertinaciter, non est danabile. Tertio, quia Christiani persequentes eos, qui veritatem catholicam defendunt, aut hæresim impugnant, sunt peiores ijs, qui peccata carnalia habent: sed hæc peioritas propterea est, quia ad infidelitatem, vel hæresim talia pertinent, igitur tales infideles & hæretici iudicandi sunt. Assumptum probatur, Quia impediens, vel persequentes eos, qui defendunt catholicam veritatem, vel eos, qui impugnant hæreticam prauitatem sunt peiores ijs, qui reuocant a dicit prædicatores, & sunt peiores peccatoibus carnalibus, iuxta illud Matth. 10. tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij, quàm illi ciuitati, igitur &c. Et si dicatur ad hanc rationem, quòd Euangelium loquitur de illis prædicatoibus, qui doctrinam suam miraculis confirmabant, quales fuerunt Apostoli, hoc non impedit rationem præ-

fatam:

fatam: quia moderni defensores & prædicatores licet non confirmant eas per sacram scripturam, quæ confirmatio non minor est quam illa, quæ fit per miracula: nam & Abraham diuiti epuloni petenti quod aliquis ex mortuis resuscitaretur & mitteretur ad fratres eius, respondit, si Moyses & prophetas non audiunt, nec si quis ex mortuis resurrexerit, credent ei. Luc. 16. vnde & in ca. cū ex iniuncto. de hæret. dicitur, quod ad probandum inuisibilem missionem sufficit probatio per miraculum, vel per sacram scripturam vnde videtur, quod ista parificantur: neque minus credendum est prædicatoribus euangelij dicta sua per sacram scripturam confirmantibus, quam eis. Vnde decimus modus est, si errans contra fidem catholicam, emendationi eius, vel eorum, quorum interest, renuit & recusat se subijcere. Quod probatur. Primò qui dem, quia qui iudicium subterfugit, pro nocenti haberi debet. Vnde in cap. nullus. de præsumptionibus dicitur. Nullus dubitat, quod ita nocens iudicium subterfugit, quemadmodum vt absoluat qui est innocens, querit. Et in ca. Christianus 11. q. 1. dicitur, qui iudicium refugit, apparet eum de iustitia dissimul. Et idem colligitur ex cap. discernimus. 3. q. 9. & ex cap. honoratus. 74. distin. Et procedit hæc ratio non solum de vocato ad iudicium, & se percontumaciam absentante, sed etiam de impediente ne iudicium fiat: quia non plus est immunis à crimine qui impedit fieri iudicium non vocatus, quam qui vocatus ad iudicium illud subire, vel in iudicio comparere recusat. vt de offi. delegat. cap. 1. Secundò, quia errans qui recusat se subire iudicij eius, cuius interest, non est paratus corrigi: qui autem non est paratus corrigi, pertinax & hæreticus est, vt Augustinus dicit, & habetur in cap. Dixit Paulus. 24. q. 3. Vnde & Ioann. 3. dicitur, Qui malè agit, odit lucem, vt nõ arguantur operæ eius. cap. cõsuluit. de offi. deleg. Ex quo patet, quod si is qui errat, non querat lucem, id est, competentem iudicem, qui errorem suum examinet, malè agit: nõ tamen sequitur ex hoc, quod omnis errans, qui non statim venit ad lucem, petens assertionem suam per eos, quorum interest examinare, sit censendus pertinax. Quia venire ad lucem, cum sit præceptum affirmatum, obligat pro loco & tempore. Secus est autem de impediente errorem suum examinari: cum enim sit præceptum negatiuum, vel negatiuo æquiua lens, obligat pro omni tempore & loco. Ex quo inferunt quidam, quod si Papa erraret in fide, & impediret congregationem Concilij generalis, in quo suus error examinari posset, censendus esset pertinax & hæreticus. Duodecimus modus est, si aliquis de veritate damnabiliter renuit informari: Vt si alicuius assertio à viris doctis & fide di-

gnis reprehendatur tãquam hæretica, & talis nec reuocatur, nec informari querit, pertinax censetur. Quod patet. Primò, quia talis errat, & nõ querit cauta sollicitudine veritatem. Secundò, quia qui alios cum potest ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat. in. cap. 2. de hæret. ergo multò magis qui seipsum non reuocat, errare conuincitur. Ex charitate enim plus tenetur quisque se ab errore reuocare, quam alium. Tertiò, quia vt dicitur in cap. quid autem. 24. q. 3. Quid iniquius est, quam impia sapere, & sapientioribus doctõibus non credere? Vnde videtur, quod ij, qui in strui reculant, iniqui sunt, & non ob aliud, nisi quia pertinaces, sunt enim magistri erroris, quia nolunt esse discipuli veritatis. Secus autem est, si alicui à peritis diceretur, quod assertio sua scandalaosa est, et si nõ hæretica, talis enim et si renuat informari de veritate, saltem iudicio ecclesiæ non censetur pertinax. Decimus tertius modus est, si alicui errans contra fidem verbo, vel facto protestetur se nunquam reuocaturum errorem suum, talis enim non est paratus corrigi, nec querit cauta sollicitudine veritatem. Decimus quartus modus est, si alicui errans contra fidem in fauorem & defensionem erroris sui prohiberet legi & publicari diuinam scripturam, siue catholicas veritates. Decimus quintus modus est, si ad defensionem erroris sui novos errores fingit, in quo apparet eum non esse paratum corrigi. Decimus sextus modus est specialiter de Papa, si errorem cõtra fidem definiens iubeat à Christianis tanquam catholicum teneri. Quod autem de pertinacia conuincatur, potest ita suaderi. Primò quidem, quia sic fauens, persequitur, & molestat defendentes veritatem catholicæ contrariam, & restantes hæresim: mandat enim teneri suum dogma sub poena anathematis, & alijs poenis, quibus puniuntur resistetes præceptis apostolicis. De quibus habetur. 25. q. 3. cap. si quis. 12. distin. et. cap. præceptis. 18. distin. capit. nulli. & 2. q. 1. capitul. generali. & multis alijs locis. Persequitur etiam tales, quia mandat ordinarijs, vt assertionem suam teneant, & contradicentes puniant tanquam inobedientes præceptis apostolicis. Item, quia Papa sic faciens, protestatur facto se nolle corrigi. Decimus septimus modus est, si aliquis inferior Papa per suam sententiam diffinitiuam determinet aliquam assertionem hæreticam esse tenendam, iniungens alijs & imponens quod ipsam teneant tanquam catholicam. Patet. Si enim Papa hoc faciens, cui incumbit decidere dubia fidei, pertinax censetur, à fortiori inferior hoc mandans, pertinax & hæreticus censetur. Decimus octauus modus est, si habens potestatem prauitatis hæreticæ non resistit. Dicitur enim in cap. error. 53. distin. Error, cui non resistitur, ap-

proba-

probatur, qui autem errorem approbat, videtur pertinax: ergo qui errori non resistit, pertinax censetur. Item de hæret. cap. 2. dicitur. Quia alios cum potest ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat. Ex quibus verbis videtur, quod is qui potest reuocare ab hæresi & non reuocat, seipsum errare demonstrat, & per consequens de hæresi & contumacia suspectus est. Quidam tamè dicunt, quod tales magis propriè vocari debent fautores hæreticorum, quam hæretici. Et si contra dictos modos in istetur, quod per illos non probatur nisi quod præsumatur pertinax, non autem quod sit, dicendum quod est verum, quod ex dictis modis generatur præsumptio, sed præsumptio est violèta, propter quam ferri potest sententia diffinitiuam. Vnde & Salomon videns, quod inter mulieres de filio contententes vna mortè filij recusabat quæ diligebat, altera verò mortì consentiebat, filium propriæ matri dedit, quem violenta præsumptio ne eius esse crederet, vt habetur. 3. Reg. 3. & in ca. asserte. de præsumpt. Ex dictis etiam apparet, quod sicut distinguntur tria genera peccatorum quantum ad causas, scilicet, peccatum ex ignorantia, ex infirmitate, & ex malitia: ita & actorum hæreticium quidam sunt ex ignorantia, quia scilicet faciens ignorat esse hæreticæ: alij ex infirmitate, id est, ex passione metus & mortis: alij ex malitia, hoc est, quod facientes sciunt fidem, repugnare, & tamen nihilominus faciunt: cum autem voluntas interius cogi non valeat, erunt actuum interteriorum duæ differentie tantum: quia scilicet vel erunt ex ignorantia, vel ex certa scientia, quæ hic malitiam dicimus, idem autem in præfenti alij quem peccare ex malitia, & ex pertinacia. Vnde irregulariter tenendum est, quod omnis errans contra fidem, si non errat ex ignorantia, hoc est, nesciens se errare contra fidem, & omnis faciens actum hæreticalem, vt adorans idola, negans fidem, abiurans catholicam veritatem, se circumcidens, & cetera, si id non faciat ex ignorantia, vel ex metu, censendus est ex pertinacia facere, & ideo ex omni actu illo exteriori præsumendus est pertinax, ex quo violenter præsumitur, quod non ex ignorantia, sed ex malitia, & certa scientia talia perpetratur, vnde in iudicio exteriori talia facientes pertinaces & hæretici habentur, vt adhuc latius de ijs dicitur infra. Queritur consequenter, quidum hæretici sint tolerandi? Ad hoc dicitur quidam quod si. Mandauit enim Dominus Matth. 18. vt non colligerent zizania, ne forte eradicantes ea, eradicarent simul & triticum, sed sinerent crescere zizania vsque ad messem. Per triticum autem fideles intelliguntur, per zizania hæretici, per messem, finis seculi. Vnde videtur, quod hæretici vsque ad finem seculi tole-

randi sint, & non exterminandi. Item, quia quod est necessarium in ecclesia, tolerandum est, hæreses in ecclesia sunt necessariæ, ergo tolerandæ sunt, & per consequens hæretici eas tenentes. Minor probatur autoritate Apostoli primo ad Corinth. 11. dicens, Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiantin vobis. Ex præterea Paulus dicit. 2. ad Timoth. 2. Seruum Dei oportet mansuetum esse, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, ne quando det illis poenitentiam Deus ad cognoscendam veritatem, & respiciant à laqueis diaboli. Sed si hæretici non tolerantur, sed exterminantur, aufertur eis potestas poenitentia, ergo tolerandi sunt. In oppositum est dictum Hieronymi, quod scribitur. 24. q. 3. in cap. rescan dæ. sic dicens rescan dæ. furti putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa corpus & peccora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius in Alexandria minima scintilla fuit: sed quia non statim oppressus est, totum orbem eius flamma populata est. Ex quo videtur, quod hæretici tolerandi non sunt. Item Apostolus Paulus ad Ti. 3. cap. ait. Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui huiusmodi est. Sed si vitantur, non tolerantur, vnde videtur quod tolerari non debeant. Tertiò, quia non minus delinquit qui æternam maiestatem offendit, quam qui temporalem. vt in cap. vergentis. de her. sed qui temporalem maiestatem offendit non toleratur sed exterminatur. vt. C. ad leg. Iulii maiestatis. l. quisquis, ergo & ij, qui lædunt & offendunt æternam maiestatem exterminio digni sunt, & præterea ij, qui monetam falsificam lege seculi occidi iubentur. vt. C. de sal. mo. l. 1. Hæretici autem multò grauius peccat quam tales, ergo digni sunt morte, & ita tolerandi non sunt. Ad hoc dicendum, quod circa hæreticos duo sunt consideranda, vnum ex parte temporum, aliud ex parte ecclesiæ. Ex parte quidem ipsorum est peccatum, per quod meruerunt non solum ab ecclesia per excommunicationem separari, sed etiã per mortem à mundo excludi. Quia, vt dictum est, grauius est æternam, quam temporalem lædere maiestatem, & corrumpere fidem, per quam est vita animæ; quam falsare pecuniam, per quam humano commercio subuenitur. Nam sicut qui committit crimen in læsæ maiestatis, & qui monetam falsat conuictus aut confessus statim reus mortis iudicatur: ita qui hæresim incurrit quantum in se est de hæresi conuictus aut confessus statim occidi meretur. Ex parte Ecclesiæ, est misericordia ad errantium conuersionem, & ideo ecclesia non statim condemnat hæreticum ad mortem, sed post primam & secundam correctionem, vt. Apostol.

dicit

dicit ad Tit. 3. Sed tamē in hoc est duplex pœna. Vna est spiritualis, vt: excōmunicare hæreticos, & condemnare dicta eorum. Alia est corporalis. Circa primam non est difficultas, nec fœdandum, nec in hoc læduntur hæretici, sed iuuantur, excōmunicatio enim medicina spiritualis est, per quā peccatores ad viam salutis reducuntur, & ideo ecclesia excōmunicat hæreticum statim eum hæreticus est: nam omnes hæretici, quocumque nomine censentur, ipso facto excōmunicati sunt. vtm capitul. excōmunicamus. 1. & 2. de hæreticis. Quantum verò ad pœnam corporalem & bonorum confiscationem ecclesia non ita facilliter procedit, sed aut hæretici sunt tales, contra quos non potest procedi ad hæc sine magno scandalo, vt quia multi sunt, & potentes fautores habent, & sic ecclesia cessat ad tempus ab eorum punitione. Nam cum multitudo est in culpa, seueritati detrahendum est. Si verò procedi potest sine scandalo, ecclesia procedit: vnde post primam & secundam correptionem si hæreticus adhuc pertinax inuenitur, ecclesia de eius conuersione nō sperans, aliorum salutē prouidet, eum ab ecclesia separando, & vltiōs relinquit eum iudicio seculari: exterminandum à mundo per mortem. Sic dicit Sanctus Thomas. 2. 2. quæstio. 27. articulo. 3. Vnde ad argumenta primò facta dicendum est ad primū, qd aliud est excōmunicatio, & aliud eradicatione. Excōmunicatur enim aliquis ad hoc, vt spiritus eius in die Domini saluus fiat, vt dicitur. 1. Corin. 5. Eradicatio autem est totalis exterminatio, quæ tunc proliibetur, cum non possunt eradicari zizania sine tritici eradicatione. Ad secundum dicendum, quod hæreses in ecclesia non sunt necessariae, sunt tamen ad aliquid vtilēs, vt scilicet constātia fidelium comprobetur, pigritia discutiendi diuinas scripturas tollatur, & alia, de quibus dictum est in quæstio. 1. huius operis. Sed tamē quicquid vtilitatis est in hæresibus, est præter intentionem hæreticorum, quorum propositum est corrumpere fidem, Ad tertium dicendum, quod ecclesia maxime modesta est & mansueta in correptione eorum, qui veritati resistunt in hoc, scilicet, quod nō statim eos damnat, nisi postquā pertinaces sunt, & emendari nolunt. Argumenta autem pro alia parte facta concludunt verum de hæretico quantum est ex parte sui, vel de eo, qui incorrigibilis apparet, talis enim tolerandus non est, sed puniendus. Quæritur præterea, sexto. Vtrum hæretici ab hæresi recedentes, sint ab ecclesia recipiendi? Ad hoc quidam respondent, quod sic, quando cōueniunt, & quomodo cūque recedentes ab hæresi ad ecclesiam reuertantur. Probatur primò, quia Dominus Matthæ. 18. mandat Petro, vt fratri peccanti dimittat non solum septies, sed septuagies se-

pties. Per quod intelligitur, secundum quod Hieronymus exponit, quod quotiescūque aliquis peccet in hæresim relapsus, si ab hæresi discedat, erit ab ecclesia suscipiendus. Item, quia infideles alij, putā Iudæi, Pagani, & Saraceni quotiescūque ad ecclesiam veniant, recipiuntur, ergo videtur, quod hæretici recipi debeant: non enim sunt melioris conditionis alij infideles, quam hæretici. Tertio, quia Dominus dicit Hierem. 3. Fornicata es cum amatoribus multis, & tamen reuertere ad me. Cum ergo ecclesia sequi debeat iudicium Dei, si anima fidelis formatur sapius in hæresi, si ab ea recedat, ab ecclesia recipienda est. Sed cōtra est determinatio ecclesie in capitul. ad abolendā de hæreticis. vbi dicitur, illos quoque, qui post abiurationem erroris deprehensi fuerint, in abiuram hæresim recidisse seculari iudicio sine vlla penitus audientia decernimus relinquendos. Vnde videtur, quod hæretici ad ecclesiam redeuntes nō semper recipiendi sunt. Ad hoc dicendum, quod ecclesia sequens illud præceptum domini, Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos. Matthæ. 5. charitatem suam extendit non solum ad amicos, sed etiam ad inimicos: ad charitatem autem pertinet velle & operari bonum proximi: amor enim est, quo quis alienum bonum vult gratia sui, vt dicitur. 2. Rhetoricorum in capitul. de amore & amicitia. Est autem bonum proximi duplex in genere, vt dicitur. 1. Ethicorū. scilicet, anima, quod dicitur spirituale, & corporis, quod dicitur temporale. Primum respicit charitatem principaliter, vnde & hoc quolibet proximus debet alteri velle ex charitate, & quantum ad hoc hæretici reuertentes ad ecclesiam quotiescūque lapsi fuerint, ab ea recipiuntur, vnde quantum ad hoc ecclesia nulli claudit gremium redeunti. 23. q. 4. Duo. C. de summa Trinitate. 1. vltima. ad finem. & talibus redeuntibus sacramenta poenitentiae & eucharistiae non denegantur. vt in capitul. super eo. de hære. lib. 6. Bonum verò temporale si est, est vltima corporalis, mundana possessio, bona fama, dignitas ecclesiastica siue secularis charitas secundario respicit, talia enim tenemur ex charitate alijs velle, nisi in ordine ad salutem animæ, & suam, & aliorum, vnde si aliquid de huiusmodi in vno existens posset impedire salutem spiritualem, non oportet quod ex charitate velimus ei hæc bona, imò potius tenemur velle quod eis priuetur, & careat: tum, quia salus animæ bonis temporalibus præferenda est: tum, quia bonum multorum præferendum est bono vniui, vt dicitur. 1. Ethicorū. Si ergo hæretici ab hæresi redeuntes, semper ab ecclesia recipiuntur, & conseruentur in vita, & in bonis, & in officijs & dignitatibus suis temporalibus, cederet hoc in detrimentum aliorum fidelium

rum quantum ad duo, Primò quidem: quia si relaberentur, possent alios infideles inficere. Secundò: quia si impunes euaderent, liberius & effrenatius alij in hæresim laberētur. Dicitur enim Ecclesiastice. 5. Et enim quia non cito profertur cōtra malos sententia, abiq; timore villo filij hominū perpetrant mala. Vnde & propter hoc ecclesia primò reuertentes ab hæresi nō solum recipit ad poenitentiam, sed etiam cōseruat eos in vita, & interdum restituit eos dispensatiuē ad dignitates ecclesiasticas quas habebant, si verē videantur cōuersi, & hoc pro bono pacis ecclesie frequenter egit. Sed quando recepti semel postea relabuntur, videtur esse inconstātes circa fidem, & ideo vltiōs si ad ecclesiam redeant, recipiuntur quidem ad poenitentiam, non tamen semper ad vitam, vel ad alia bona. Sicut dicitur in. c. super eo. de hæret. lib. 6. Particularius verò discernere ad quæ bona reuertentes ab hæresi recipiendi sunt, & quando bona recipiunt, & quando non, & quando mortem euadant, & quando non, id tractare iuris Canonici negotium est in. c. Ad abolendam. de hæret. & in cap. accusatus. de hæret. lib. 6. Ex intentione precepti tractatus ad argumenta in oppositum dicendum. Ad primū, quod Dominus loquitur Petro de peccato commisso in eum, tale enim semper dimittendum est, ita scilicet, vt redeunti fratri semper pareatur. Vnde & signatè dicit, si peccauerit in te frater tuus, id est, contra te, vt Hieronymus dicit. Non autem intelligitur de peccato in Deum commisso, quod dimittere non est arbitrij nostri: sed est in hoc statutus modus ad lege secundum quod congruit honori Dei, & vtilitati proximorum. Ad secundum dicendum, quod nō est simile de hæreticis, & de alijs infidelibus. Hæretici enim, qui semel errauerunt à fide, & ab ecclesia sunt recepti, si postea contra fidem errant, præsumuntur inconstātes. Non autem sic est de alijs infidelibus ad ecclesiam venientibus, quorū adhuc inconstāntiam ecclesia experta nō est. Ad tertium dicendum, quia Deus intuetur cor. 1. Regū. 16. quoscūque ad se redeuntes semper recipit. Vnde & per Ezechielem capi. 15. ipse dicit, Nolo mortē morientis, vel peccatoris. Ecclesia tamen, quæ per exteriora iudicat, relapsos, quauis recipiat ad poenitentiam & sacramenta, nō recipit ad vitam, & alia bona, quia præsumit qd non redeant verè, sed simulatè. Quæri insuper & septimo solet. Vtrum fideles communicare debeant cum hæreticis: quidā dicunt quod sic. Dicitur enim Matt. 23. qd Pater familiās mandauit seruis suis, vt sinerēt zizania simul cum tritico vsq; ad messem: cum ergo per zizania hæretici intelligantur, videtur qd hæretici à communionē fidelium separandi non sunt vsq; ad messem, id est, consummationē seculi

& per cōsequens est eū eis cōmunicandum. Alij dicunt oppositum, confirmantes sententiā suā auctoritate Apostoli. 2. ad Cor. 6. dicentis, Nolite iugum ducere eū infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ eū iniquitate: aut quæ societas lucis ad tenebras: quæ cōmunicatio Christi ad Belial: aut quæ pars fideli cū infidelibus: qui consensus templo Dei cū idolis: Et infra. Propter quod exite de medio eorum, & separamini dicit Dominus, & immundū ne tetigeritis, & ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios, & in filias, dicit Dominus omnino potēs. Hæc ibi. Ex quibus aperte patet, qd cū infidelibus cōmunicandum non est. Cum ergo hæretici infideles sint, cum eis non est cōmunicandum. Ad hoc dicendum, qd communio, quæ cū hæreticis haberi potest, multiplex est. Quæ dā cōmunio est in hæresi & errore eorū, similitè sentire, & tali cōmunionē nullo modo cum hæreticis cōmunicandum est. Alia cōmunio est in sacramentis, & in hac etiā nō est cū hæreticis cōmunicandum, dato, qd intra ecclesiam sint, & ab ea nomina tum non excludi. Patet, quia hæretici oēs excōmunicati sunt, vt in. ca. excōmunicamus. 1. & 2. de hæret. cū excōmunicatis autē nō licet in sacramentis cōmunicare, quia hic est primus excōmunicatiois effectus, à participatione scilicet sacramentorū excludere. Alia cōmunio est in cibo, & potu, cohabitatione & alijs huiusmodi, & secundū hanc cōmunionē si sunt nominati, nō est eis aliquo modo cōmunicandum. Qui enim cōmunicat nominatim excōmunicato, & ipse excōmunicatus est, saltem minori excōmunicatione, nisi forte cōmunio sit & ei monita salutis dādo, & ad ecclesie obediētiam reducēdo. vt in. c. qd in dubijs. & c. inter alia. de sen. ex cō. Vñ & in tali casu cū hæretici notorij sunt vel per cōfessionē in iudicio, vel per sententiā, vel per factū euidentiam, & per ecclesiam declarati, non debet eis cōmunicari: imò nō tenetur vxor viro, nec filius patri cōmunicare nō enim seruituti subiectus est frater aut foror in huiusmodi, vt dicitur. 1. Cor. 7. & in. c. si infideles. 25. q. 1. Vtile autē est nō communicare hæreticis propter tria. Primò propter periculum, ne eorū cōuersatio alios corrumperet, secundū illud. 1. Corin. 15. Corrupti bonos mores colloquia praua. Et illud Propheta. Psal. 17. cū viro innocēte in nocēs eris, & cū peruerso peruerteris. Secundò, ne videamur eorū errori & peruersa doctrinæ præbere assensum. Vnde in. 2. canonica. Ioā. dicitur. Si quis veniat ad vos, & hæc doctrinā nō habet, nolite eū in domū ducere, nec Ane ei dixeritis. Qui enim dicit ei Ane, cōmunicat operibus eius malignis. Vbi gl. dicit, secundū qd vox insituta est, cōmunionē esse ostēdit eū illo, alioquin simulatio est, quæ in Christianis esse nō debet. Tertio, ne ex nra cōione cū hæreticis alijs defocasio

erroris. Vnde ibidem dicit alia glo. Et si vos forte decepti non estis, alij forsitan per vestram familiaritatem possent decipi, qui crederent illos placere vobis, & sic crederent illis. Vnde vt ibidem dicitur, Tanta apostoli, atque eorum discipuli in religione cautela vtebantur, vt nec verbi quidem communionem cum aliquo eorum, qui a veritate declinauerant, habere paterentur. Si tamen essent viri docti, & perfecti, & cessaret erroris scandalii occasio, vtile esset cum hæreticis communicare, saltem de mandato & licentia Ecclesie. Quã doque enim communicatio & cõuersatio fidelis cum infideli, infidelem ad viam veritatis dicit, vt scribitur. 1. Corinrh. 7. Ad auctoritatem Evangelij dicendum est, q̄ intelligitur, quando mali sine periculo bonorum separari non possunt, quod patet ex respõsione patris familiã, qui dixit, ne forte colligentes zizaniam, eradicetis simul & triticium. Quod quidem tribus modis contingere possit. Vno modo, si aliquis præscinderetur antequam de eius malitia constaret. Vnde glo. dicit, quod monet Dominus, ne ambigẽs iudicemus. Non enim ferri debet sententia in aliquem, nisi confessus, vel conuictus de crimine sit. vt in. capi. nos in quenquã. 2. q. 1. cum multis alijs. Quando enim non constat aliquem criminofum esse, præsumendum est eum esse bonum, vt in regula. Estoto misericordes. de regu. iur. in. 6. Secundò intelligitur auctoritas euangelij de eo, qui non in malitia obstinatus est: nullus enim excommunicandus est nisi propter contumaciam. Vnde glo. dicit ibidẽ. Mouemur non citò amputare: quia qui hodie errat, forte eras credet veritatẽ. Vnde & ad Tit. vltimo dicitur. Non simpliciter hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuita. Qui enim semel errat, & correctus ecclesie reconciliatur, ex ignorantia errasse creditur. Tertio, si simul boni cum malis inuoluantur. Propter quod dicit ibidem glo. Augustini, quod multitudo non est excommunicanda. Sunt enim in multitudine multi innocentes, quos indignum est sine culpa excommunicatione notari, his autem tribus cessantibus, cum hæreticis communicandum non est, quin potius vitanda est eorum cõmunio, iuxta illud. 1. Corint. 6. Auferte malum ex vobis. ¶ Queritur etiam. 8. Vtrum cum hæreticis sit publice disputandum: Quidam dicit quod nõ: quoniam disputatio argumentis agit: sed Argumentum est ratio rei dubie faciens fidem, vt Dialectici dicunt, ergo de his, quæ fidei sunt, cum certissima sint, nõ est publice disputadũ. Item lex civilis dicit. ff. ad legẽ lul. repetund. Cõmittunt sacrilegiũ, qui cõtra legẽ diuinã sanctitatẽ aut nesciendo cõmittunt, aut negligendo violant, aut qui de principali iudicio disputant. 1. 2. C. de crim. sacri-

leg. Vnde videtur, q̄ disputantes de his, quæ fidei sunt, & lege diuina continentur, sacrilegiũ cõmittant. Et confirmatur: quia de sedis apostolicæ iudicio iudicare permillum nõ est. vt in. c. n. emini. 17. q. 4. ergo de his quæ fidei sunt, vt maiorẽ certitudinẽ habeat, neq; iudicandũ, neq; disputadũ est. Tertio, quia Apostolus monet Timoth. 2. ad Timoth. 1. Noli verbis contendere: ad nihil enim vtile est, nisi ad subuersionẽ. Sed publica disputatio sine contentione verborum fieri non potest, ergo cũ hæreticis disputadũ nõ est. Quarto, quia dicitur in. c. cum quibus. 2. 4. q. 3. Canonum magistratq; custodibus nostris nullũ fas est inire certamen cũ hominibus cõditionis alienæ. Hæc ibi. Vbi dicit glo. quod cum hæreticis non est disputadũ, nec cũ aliquo de fide. C. de sum. tri. 1. nemo. In oppositũ videtur, q̄ Paulus disputans cũ infidelibus inualecebat, & cõfundebat Iudæos. Act. 9. Et Petrus & Ioannes de fide cũ Iudæis disputabãt Act. 3. Item si cũ hæreticis non disputarent, illud cederet in detrimentum hæreticorum, qui in suis erroribus firmarentur, & aliorum catholicorum simplicitiũ, qui propterea crederent errore hæreticorum esse tenendũ. Itẽ Paulus scribit ad Tit. 2. c. q̄ Episcopus amplecti debet sanũ sermonẽ, id est, doctus esse debet in catholica veritate, vt potens sit in doctrina sana exhortari, & eos, qui contradicunt, reuincere: conuictio autem contradicentiũ sine disputatione non fit. Vnde videtur, q̄ saltem Episcopi cum hæreticis publice disputare valeãt. Quinto, quoniam Augustinus & alij catholici doctores, docti viri cum hæreticis publice disputarunt, vnde sunt libri eius contra Manichæos, cõtra Donatistas, contra Iouinianum, contra Petilianum, & alios hæreticos, vnde videtur, quod etiam hodie liceat viris catholicis cum hæreticis disputare. Ad hoc dicendum, sequendo doctrinã sancti Thomæ. secunda secundæ. quæstione. 10. articulo septimo. quod in disputatione fidei duo sunt consideranda. Vnum quidem ex parte disputantis, aliud autem ex parte audientium. Ex parte quidem disputantis est consideranda intentio. Si enim disputet tanquam dubitans de fide, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens, proculdubio peccat tanquam dubius in fide, & infidelis reputatur, vt dicitur de hæret. capitulo primo. Si autem disputat aliquis de fide ad exercitiũ, laudabile est, & meritum. Vnde & sancti doctores & catholici tractatus & libros ediderunt, in quibus de fide & contra fidem multifariam arguunt, vt veritas ipsa humano intellectui magis pateat. Illi etiam, qui disputant, vt errores hæreticorum & infidelium cõuincãt, bene agũt, apponũt em se murũ p̄ domo Israel gladio verbi Dei. Verũ em est sermo

Dei,

Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio acipite. Hebr. 4. Ex parte verò audientium considerandum est, vtrum illi, qui disputationem audiũt sint instructi & firmi in fide, aut simplices & infirmi: titubantes: coram sapientibus enim & firmis in fide de fide disputare, nullum periculum est. Sed de simplicibus est distinguendum. Aut enim sunt solliciti ab infidelibus, puta Iudæis, Saracenis, hæreticis & Paganis intendentibus corrumperere eorum fidem, & ad infidelitatem trahere. Aut omnino non sunt solliciti, sicut in terris, in quibus infideles non sunt. In primo casu necessarium est publice disputare de fide, dummodò inueniantur ad hoc viri docti & idonei, qui errores valeant confutare, per hoc enim simplices in fide firmabuntur, & tollentur infidelibus decipiendi facultas: nam & ipsa taciturnitas eorum, qui resistere debent, peruertentibus fidei veritatem efficit erroris confirmatio. Vnde & Gregorius dicit in 2. pastoral. & habetur in cap. sit rector. 43. distinction. Sicut in cauta locutio in errore pertrahit, ita indiscretum silentium eos qui erudiri poterãt in errore derelinquit. Talibus enim, qui pro fide loqui debent & non loquuntur, Dominus improperat, dicens, Canes muti, non valentes latrare. Isaia. 59. Et alibi. Non ascendistis (inquit) ex aduerso, neque posuistis vos murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. Ezech. 13. Ex aduerso quippe ascendere est, vt Gregorius ait in 2. pastoral. pro defensione gregis voce libera potestatis contra ire. In die Domini prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Hæc ille. In secundo verò casu periculosum est publice disputare de fide coram simplicibus, quorum ex hoc firmior est, quia nihil diuersum audierunt ab eo quod credunt, & ideo nõ expedit eis, vt verba infidelium audiant disputantium contra fidem. Ex præmissis inferuntur aliqua corollaria. Primum est, quod disputans de fide tunc solum laudatur, cum ad docendum & cõfutandum errantes disputat, vel ad exercitiũ. Secundum est, quod disputans de fide cum infidelibus, sufficiens, & idoneus esse debet ad docendum & cõfutandum errores. Vnde & quidam male agunt, qui cum nouerint aliquid modicum in sacris literis, omni tempore disputare de fide volũt vt docti videantur. Tertium est, quod is, qui sufficiens est errores infidelium confutare, si pro fide non se opponat, male agit, cum videlicet infideles nituntur ad errorem suum alios pertrahere. Quartum est, quod imprudenter agunt, qui de quæstionibus difficilibus, puta Trinitatis, Incarnationis, Prædestinationis & similibus coram simplicibus sine aliqua necessitate disputant: ex hoc enim simplices non modò non edificantur, sed

destruuntur. Sciendum est etiam, quod laici nõ est permillum publice vel priuatim disputare de fide. vt in capitul. quicumque. de hære. libro sexto. Quod maxime & præcipue locum habet de laicis in doctis. Vanum enim est, reprehensibileque, quod laicus illiteratus de fide disputet: cedit enim hoc quandoque in irrisionem infidelium, & contemptum fidei. Ad obiecta in oppositum dicendum ad primum, quod non debet disputari de his, quæ fidei sunt, quasi de eis dubitando, sed propter veritatem manifestandam, & errores cõfutandos: oportet enim ad fidei confirmationem cum hæreticis disputare, quandoquidem defendendo fidem, secundum illud. prima. Pet. tertio. parati semper ad satisfacionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est fide & spe. Quandoque autem ad conuincendos errantes, secundum illud Tit. primo. vt potens sit in doctrina sana exhortari, & eos qui contradicunt, arguere. Ad secundum dicendum, quod lex civilis loquitur de disputatione, quæ procedit ex dubitatione: non enim licet dubitare de principali iudicio Cæsaris, sicut etiam neque de iudicio ecclesie iniuriam enim facit iudicio religiosissimæ Synodi, si quis semel iudicata, aut recte disposita, reuocauerit, & publice disputare contendat. Ad tertium dicendum, quod Apostolus non prohibet disputationem vniuersalem, sed inordinatum modum disputandi, qui scilicet clamoribus, & contentione verborum fit. Talis enim ad nihil valet, nisi ad subuersionem audientium: simplices enim plerũque contentiosos & verbosos doctiores ceteris putant. Ad quartum dicendum, quod disputatio cum hominibus alienæ conditionis prohibita est quando scilicet ad inquirendam veritatem fit: ad Concilium enim, in quo veritas inquiritur, infideles & hæretici vocandi non sunt. Vnde & Propheta ait, Non sedi cum concilio, vanitatis, & cũ iniqua gerentibus non introibo. Psalm. 25. Odiui ecclesiam malignantium. Ad dictum glossæ, & cum impijs non sedebõ. ibidem. ipsa glo. respondet dicens, quod cum hæreticis disputandum nõ est, vt in dubium reuocent fidem nostram: sed ad hoc disputari potest cum eis vt conuincãtur. Hæc ibi. ¶ Queritur etiam. 9. Vtrum hæretici poenis & flagellis sint ad fidem compellendi: Quibusdã videtur, quod nullo modo ad fidem sint hæretici compellendi. Seruitia enim coacta Deo non placent: hilarem enim datorem diligit Deus. secundo Corinthio. 9. sed ille, qui poenis & flagellis ad fidem compellitur, coactus seruit, ergo eius seruitia Deo non placent, & per consequens ad fidem cogendus non est. Item, qui ex necessitate euangelizat, gloriam non habet: ergo qui ex necessitate ad fidem conuertitur, poenis & fla-

Tom. iij. H 2 gellis

gellis compulsi, gloriam non habet. Antecedens patet auctoritate Pauli. 2. ad Corinth. 9. dicentis; si ex necessitate euangelizauero, non erit mihi gloria. Tertio, hi qui ad legem nouam pertinent filij liberi sunt, & non ancillae. Galat. 4. esse autem filios liberi est habere spiritum seruitutis in timore, ergo in lege noua nullus est timore poenae ad bonum cogendus. Quarto, illi qui pertinent ad legem nouam in charitate vivere debent; finis enim praecceptorum omnium charitas est, vt dicitur ad Tit. 1. sed perfecta charitas foras mittit timorem, vt dicitur. 1. Ioan. 4. ergo ad fidem & alia bona nemo in lege Christi timore poenarum & flagellarum compellendus est. Quinto, quia Augustinus dicit in libro de utilitate credendi in Cetera potest homo nolens, credere non potest nisi volens. Ergo ad fidem nullus cogendus est. Sexto quia in Concilio Toletano ita definitum est, vt scribitur in. c. de Iudaeis. 45. dist. Praecipit inquit sancta Synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miseretur, & quem vult indurat: non tales inuiti saluandi sunt, sed volentes, vt integre sit forma iustitiae. Sicut enim homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens perijt, sic vocantes se gratia Dei propria mentis conuersione quisque credendo saluatur. Et concludit, Ergo non vi, sed libera arbitrij sui voluntate & facultate vt conuertantur suadendi sunt, non potius impellendi. Hec tibi. Ex quibus aperte patet, quod ad fidem nemo cogendus est. Item videtur, quod quantum per alias poenas haereticis possunt compelli ad fidem, nullo tamen modo mors sibi inferenda est: humanum enim iudicium diuino debet esse conformes: sed Deus non vult mortem peccatoris, vt dicitur. Ezechiel. 18. ergo neque homo debet mortem inferre peccatori, praesertim haereticis, sed illum expectare ad poenitentiam. Item, quia Matth. 13. dicitur, quod serui patrisfamilias, in cuius agro erant seminata zizania, quae fuerunt ab eo, Vis imus & colligimus ea? Ipse respondit, non, ne forte colligentes zizania, eradiceis simul & triticum. Vbi dicit Chrysostomus, Haec dicit Dominus, prohibens occisiones fieri. Nec enim oportet interficere haereticum. Hoc ipse. Vnde videtur, quod mors haereticis inferenda non sit, neque per mortem ad fidem cogendi sunt. Sed alij dicunt contra, asserentes quod haereticis, imo & alij infideles ad fidem cogendi sunt. Inducunt primo quod scribitur Luc. 14. vbi Dominus ad magnam coenam suam conuiuius vocari iubet, & cum eis serui respondissent, Domine factum est vt imperasti, & adhuc locus est, Exite, inquit, in vias & fapes, & quocunq; inueneritis cogite intrare, vt impleatur Domus mea. Sed homines in domum Dei, id est, in sanctam ecclesiam intrant per fi-

de, ergo alij qui sunt impellendi, seu compellendi ad fidem. Item Paulus cum ecclesiam Dei persequere tur in itinere excrucatus, ad Deum conuerti coactus est. De quo Augustinus ad Bonifacium ita scribit & habetur. 23. q. 6. c. 1. Schismatici, inquit, dicunt, cui vim intulit Christus: quae coegit? Ecce habent Paulum apostolum, agnoscant in eo prius cogentem Christum, postea docentem: prius cogentem, postea consolatem. Mirum est autem quomodo qui poena corporis ad euangelium coactus intrauit, plus omnibus illis laborauit, qui solo verbo vocati sunt in euangelio: & quem maior timor compulsi ad veritatem, eius perfecta charitas mittit foras timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios vt redirent, si perditum filij cogerunt alios vt petirent? Haec ille. Item Dominus improprie praelatis ecclesiae. Ezechiel. 34. Quod errauerat, inquit, non reuocallis, & quod perierat non requisistis. Sed haec reuocatio quandoque per poenas & flagella fit ergo poenis & flagellis errantes a fide cogi possunt vt ad eam redeant. Item Augustinus dicit in epistola ad Vincentium, & habetur in. ca. Vides. 23. q. 6. Mea, inquit, primitus sententia erat, neminem ad Christi veritatem esse cogendum, verbo esse agendum, disputatione repugnandum, ratione vincendum, ne fictos catholicos haberem, quos apertis haereticos noueram. Sed haec opinio mea non contradicentijs verbis tantum, sed demonstrantijs superabatur exemplis. Nam primo opponebatur mihi ciuitas mea, quae cum tota esset in partes Donati, ad unitatem catholicam legum imperialium timore conuersa est: quam nunc videmus ita animositate nostrae pernicijs detestari, vt in ea nunquam fuisse credatur. Item & aliae multae, quae mihi nominatim commemorabantur, vt in ipsis rebus agnoscerem etiam in hac causa recte intelligi posse quod scriptum est, Da sapientiam occasione, & sapientior erit. Haec ipse. Praeterea in hoc generalis ecclesiae consuetudo, cuius maxima auctoritas est, vt in capitul. consuetudine. 12. distinction. & in capitul. ecclesiasticarum. Conseruit enim ecclesia haereticis a fide errantibus publicas & priuatas poenitentias iniungere, eos carceri mancipare, poenas & flagella infligere, per quae ad fidei unitatem reducantur. Ad hoc dicendum est, quod infidelium quidam sunt, qui nunquam susceperunt fidem, sicut Gentiles, & Iudaei. Alij vero sunt, qui quandoque fidem susceperunt, & eam professi sunt, sicut haereticis & apostatae. Primi adhuc distinguuntur. Quia aut sunt doli capaces, aut non, sed infra annos discretionis constituti. Illi vero, qui doli capaces sunt, quantum ad ea quae sunt iuris diuini & naturalis sibi relinquuntur, vnde tales nullo modo ad fidem compellendi sunt quia credere, voluntatis est. Vnde si vi praecisa co-

puli

puli baptizentur, neque sacramentum, neque rem sacramenti percipiunt, vt dicitur in capi. maiores extra. de baptismo. Sunt tamen tales compellendi a fidelibus vt fidem non impediatur, vel blasphemijs, vel malis suasionibus, vel etiam apertis persecutionibus, vnde & propter hoc fideles quandoque bellum mouent & indicunt infidelibus, non quidem vt eos compefiant ne fidem Christi impediatur. De infidelibus vero nondum doli capaces, & infra annos discretionis constituti varia est Doctorum sententia. Quidam enim dicunt, quod infidelium filij, praesertim qui parentes habent, non sunt inuitis parentibus baptizandi, neque ad fidem trahendi. Tum quidem, quia si baptizarentur, cum ad aetatem perfectam peruenerent, de facili posset a parentibus induci, vt relinquerent quod ignorantes susceperunt, quod vererentur in fidei detrimentum. Tum etiam, quia filius antequam usum liberi arbitrij habeat, continetur sub parentum cura, vnde contra iustitiam naturalem esset, si puer antequam habeat usum rationis a cura parentum subtraheretur, vel de eo aliquid inuitis parentibus disponderetur. Tum etiam quia hoc esset contra ecclesiae consuetudinem. neque enim Constantinus consilio Syluestri, neque Theodosius consilio Ambrosij talia fecisse leguntur, vnde propter haec & quaedam alia dicunt, quod infideles nondum habentes usum rationis non sunt ad fidem compellendi parentibus inuitis. Huius opinionis fuit Sanctus Thomas. 2. 2. q. 10. arti. 12. & 3. parte. quae st. 5. arti. 10. & quodlibet. 2. arti. 7. quem sequuntur glossa in. c. Iudaeorum. 28. q. 1. & Cardinalis in. ca. licet Iudaei. de Iudaeis. Abbas de Sicilia, & Gaspar Inconsilij. Alij videtur oppositum. Asserunt enim, quod filij infidelium inuitis parentibus baptizandi sunt, & praesertim quod hoc potest Princeps facere, cui tales subditi sunt. Primo, quia in paruulo Princeps habet maius dominium, quam parentes: vniuersaliter autem in potestatibus ordinatis non obligat potestas inferior in his, quae sunt contra superiorem, sicut Augustinus dicit de verbis Domini. sermo. 6. & ponitur in vlt. imo. & 2. sententiarum. Si illud, inquit, iubet potestas quod non debes facere, hic sanes eorum temere potestatem, sequendo potestatem maiorem. Et declarat exemplo de curatore consule & Imperatore, & de Imperatore & Deo. Quod etiam scribitur in. c. qui resistit. 11. q. 3. Ille igitur, qui habet regere Rempublicam, magis debet cogere vniuersum subditi dominio Dei, quam dominio potestatis inferioris, & per consequens non licet solum Principibus, imo & tenentur auferre paruulos a dominio parentum volentium eos educare contra cultum Dei qui est supremus & honestissimus Dominus, & debet eos applicare diuino cultui. Vnde si princeps hoc

faceret cum bona cautela, scilicet, ne parentes cognoscetes hoc occiderent paruulos, & quod baptizatos facerent religiose educare, bene fieret. Haec fuit sententia Scoti lib. 4. sentent. dist. 4. art. vlti. Et eum sequitur Archidiaconus in. c. qui sincera. 45. dist. Imo & plus dicit Scotus, quod crederet religiose fieri si parentes ipsi cogerentur minis & terroribus ad suscipiendum baptismum, & ad seruandum postea susceptum. Quia esto, quod ipsi non essent vere fideles in animo, tamen minus malum est eis serua re legem illicitam cum timore, quam liberam. Item quia filij eorum si bene educarentur, in tertia vel quarta generatione essent vere fideles. Haec ipse. Alij distinguunt de filijs infidelium. Quia aut sunt separati a dominio & conuersatio ne fidelium. Primo casu non licet baptizare infidelium paruulos inuitis parentibus. Secundo casu adhuc dupliciter. Quia aut conuersantur cum fidelibus tanquam liberi, & tunc non licet eorum filios inuitis parentibus rapere & baptizare, sicut mercatores infideles in terra fidelium quandoque conuersantur. Aut infideles subsunt Principi fidelium tanquam serui, & tunc filij talium possunt inuitis parentibus baptizari: eiusmodi sunt Iudaei, qui serui Principum sunt. Huius opinionis fuit Durandus in. 4. distinctio. 96. Quia, vt dicit, si tales paruuli auferrentur a parentibus & baptizarentur, non fieret praedictum prauidium pueris, sed potius conferretur eis magnum beneficium: neque parentibus eorum, quia licite possunt eis auferri & vendi in seruitutem fidelibus vel infidelibus prope vel longe, quo facto subtrahuntur totaliter a cura parentum, & subsunt in omnibus cura eorum, quibus venditi sunt, propter quod si ab eis tollantur, & offerantur baptismum, nulli videtur fieri prauidium: licet praedictis pueris stantibus sub cura parentum fieret parentibus iniuria, si eis inuitis baptizarentur. Neque esset decens neque securum, quod pueri baptizati manerent sub cura infidelium. Haec ipse. Vnde subdit sic sibi apparere tunc, quantum alias oppositum senserit de filijs Iudaeorum. Alij vero sunt infideles, qui quandoque fidem susceperunt, & eam professi sunt, sicut haereticis, & apostatae, & tales si moniti & flagellis compellendi sunt, vt impleant quod promiserunt, & teneant quod semel susceperunt. Vnde de conuersis ad fidem conditionali coactione sic dicitur in capit. de Iudaeis. 45. distinctio. Qui autem iam pridem ad Christianitatem coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti, quia constat eos sacramentis diuinis associatos, & baptismi gratiam suscepisse, & Christianate vatos esse, & corporis de mini extitisse participes, oportet vt fidem, quam etiam vi vel necessitate susceperunt, tenere cogantur, ne no-

mē Dñi blasphemetur, & fidē quā susceperunt, vili ac cōtemptibilis habeatur. Hęc ibi. Si ergo illi qui coacti conuersi sunt cōpelluntur & coguntur tenere fidē, quā vi, vel necessitate susceperūt, multo fortius cogendi sunt ad hoc, qui voluntariē susceperunt fidē. Vnde Augustinus dicit contra Petilianā. & habetur in. c. ad fidem. 23. q. 5. Ad fidem nullus est cogendus, vt dicitur, sed per seueritatem & per misericordiā Dei tribulationū flagellū solet perfidia castigari: nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? Hęc ille. Et Hieronymus dicit super Ezechielem, Qui malos percutit in eo quod mali sunt, & habet vasa interfectionis vt occidat pessimos, minister est Dei. Hęc ille. Ecclesia ergo, quæ peccatorum conuersionē procurat, poenis, & flagellis, & temporalibus & spiritualibus, vt putat, excommunicatione, bonorum priuatione, incarceratione, & alijs poenis hæreticos à fide deuiantes ad Ecclesiæ reducit vnitatem. Quod si aliquis incorrigibilis appareat, ne malitia sua alios inficiat, seculari curi relinquatur per mortē exterminandus, refecatur enim putrida caro, & scabiola ouis à caulis depellitur, ne putrescat corpus, & corrumpatur ouile, vt Hieronymus dixit, & habetur in. c. refecanda. 24. q. 3. Sed occasione præmissorum queritur. 10. Vtrum infideles ad fidem venientes adulti, sint citò ab ecclesia recipiendi? Ad quod dicendum, qd circa hoc alia fuit consuetudo ecclesiæ primitiua, & alia procedentis. In ecclesia namq; primitiua donum Spiritus sancti signo visibili in credentibus demonstrabatur, propter quod non oportebat differri sacramentum baptismi. Vnde & Act. 2. Petrus Iudæis loquens dicit, Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum. Item idem Petrus cum Gentilibus prædicaret, & super eos Spiritū sanctū in signo visibili descendisse videret, inquit, Nūquid aqua quis prolibere potest, vt non baptizetur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt. Act. 10. Vnde statim iussit eos baptizari in nomine Christi. Et præterea Philippus Eunuchum baptizauit in curru, postea quam intellexit esse credentē. Act. 8. Vnde apparet, qd tunc venienti ad ecclesiam cū fidei confessione conferebatur baptismus sine dilatione. Procedentē verò ecclesia, vbi signa visibilia non apparebant in baptizatis, & incertū erat, quo animo infideles venirent, necesse fuit dilatio temporis, vt heret probatio fidei, & catechismus, per quē ad baptismum habitas fieret, & hoc anti quo iure definitū erat. Vnde in. ca. Iudæi, de cōse. dist. 4. dicitur. Iudæi, quorū perfidia frequēter ad vomitū redit, si ad leges catholicas redire voluerit octo menses inter catechumenos ecclesiæ limen introeant: et si pura fide venire noscantur, tūc de-

mum baptismi gratiam mereantur. Hęc ibi. Postea verò ne pro tanta dilatione infidelium animi reuocarentur, Gregorius statuit, vt. XL. dierū poenitentia & abstinentia infidelibus venientibus in dicta, baptizarentur. vt scribitur in. c. ne quod ab sit. de cōse. dist. 4. De his scribit Alexander ab Ales. secundā parte. quæstio. 179. membro. 4. Ad primum eorum, quæ in oppositum inducebatur, dicendum est; quod sicut Grannus dixit. 23. q. 6. in. 8. dist. ita respondetur. Si bonum, ad quod mali coguntur semper inuiti tolerarent, & nūquam voluntariē seruirent, inutiliter cogentur ad illud: sed quia humanæ naturæ est ea quæ in desuetudinem ducuntur abhorre, & consuetu magna custodia diligere, flagellis tribulationū mali sunt prohibenda à malo, & prouocandi ad bonum: vt dum timore poenæ malum in defectudinem ducitur abhorreatur, bonum verò ex consuetudine dulcescat. Vnde Augustinus in Psal. 127. ait. Cum per timorem gehennæ continet se homo à peccato, fit consuetudo iustitiæ, & incipit quod durum erat amari, & incipit excludi timor castus. Hęc ille. Ex quibus patet, quod mali ideo flagellis coguntur & coguntur ad bonum, vt aliquando propitè & voluntariē operentur, & ita meritorie. Et per hoc respondetur ad secundum, tertium, & quartum. Ad quantum dicendum, quod sicut vonere est voluntatis, reddere autem necessitatis: ita accipere fidem, est voluntatis, sed tenere iam acceptā est necessitatis, & ideo hæretici sunt compellendi vt fidem teneant, quam semel professi sunt. Ad sextum dicendum, quod Concilium Toletanum loquitur de Iudæis, qui nunquam fidem catholicam acceperunt, tales enim, vt dicunt, et si dolj capaces sunt, non sunt ad fidem catholicam compellendi. Ad septimum dicendum, quod sicut Augustinus dicit ad Bonifacium Comitem, Nullus nostrum vult aliquem hæreticum perire. Sed aliter non meruit pacem domus David, nisi Absalon filius eius in bello; quod contra patrem gerebat, fuisset interfectus, vt dicitur. 2. Reg. 15. Sic & ecclesia catholica si aliquos intelligit ecclesiæ noceos esse, eorum perditione multos liberat populos, vt ibidem dicitur. Ad octauum dicendum, quod ex verbis domini colligitur eius intentio. Cum enim serui dixissent patrifamilias, Visimus & colligimus ea? Respondit, non: ne forte colligentes ea, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostendit, sicut Augustinus dicit libro tertio contra epistolam Parmeniani, cum metus iste non subest, id est, quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullus prorsus, vel non tales habeat defensores; per quos possit schisma cōtingere: non dormiat seueritas disciplinæ. Hęc ipse. Est autem de hoc timē-

dum, quando aliquis condemnatur antequam de malitia eius constet, vel quando in malitia obstinatus non est, vel quando cum malis simul boni punirentur. Quæritur. 11. Vtrum esse hæreticum, sit omnium peccatorum maximum? Ad hoc quidam respondent quod non, confirmantes dictum suum auctoritate Augustini, quæ ponitur. 6. quæstio. 1. in capi. Quæro. sic dicentes, Vtrum catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita præter id, quod hæreticus est, non inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare sententiam. Hęc ille. Ergo non est simpliciter dicendū, quod esse hæreticum, sit omnium peccatorum maximum. Item esse hæreticum, non est peccatum, ergo non est maximum omnium peccatorum. Cōsequentiā nota est. Antecedens probatur dupliciter. Primò, quia nullus peccat in eo, quod vitare non potest: quia omne peccatum est voluntariū, vt Augustinus in. 2. libr. de libero arbitrio dicit: sed non est in potestate hominis vitare hæresim, quia non est in eius potestate habere fidem, ergo hæresis non est peccatum. Secundò, quia omne peccatum est contra naturam, vt Damascenus dicit libro secundo sed hæresis non est contra naturam. Dicit enim Augustinus in libro de predestinatione scilicet qd posse habere fidē sicut posse habere charitatem naturæ est omnium: habere autem fidem quemadmodum habere charitatem gratiæ est fidelium. Ergo non habere fidem & hæreticū esse, non est contra naturam, & ita non est peccatum. Sed contra est quod dicitur. 2. Pet. 2. vbi dicitur, Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ quam post cognitionem retrorsum conuerti. Sed non cognoscere viam Domini, & esse infidelium, vt puta Iudæum, Paganum, aut Saracenum grande peccatum est, qui tamen viam iustitiæ non cognouerunt, ergo esse hæreticū grauius est, qui post cognitionem retrorsum conuersus est. Ad hoc dicendum, quod hæresis est infidelitatis species. Cum enim infidelitas fidei repugnet, hæreticus autem sit qui contra catholicam fidem pertinaciter tenet, aut sentit, erit in dubio hæresis species infidelitatis. Circa propositam ergo quæstionem ponuntur tres conclusiones. Prima est, quod infidelitas est peccatum. Secunda, quod infidelitas est maximum peccatorum. Tertia, quod inter infideles hæretici grauius cæteris peccant. Prima conclusio sic probatur. Omne illud, quod repugnat virtuti, est vitium & peccatum: sed infidelitas repugnat virtuti, quia fidei, ergo est peccatum. Scie dum est tamen, quod infidelitas dupliciter accipitur. Vno modo secundum puram negationem, vt dicatur infidelis ex hoc solo, quod fidem non habet. Alio modo potest intelligi infidelitas se-

cundū contrarietate ad fidem, quia scilicet aliquid repugnat auditui fidei, vel etiam contēnit ipsam, secundum illud Iſaiæ. 53. Quis credidit auditui non ſtro? Et in hoc proprie est ratio infidelitatis, secundum quā est peccatum. Si autem infidelitas capitur pure negatiue, sicut est in brutis, & in ijs hominibus, qui nihil de fide audierunt, & sic non habet rationem peccati, sed magis poenæ: Vnde si tales infideles damnantur, propter alia peccata, quæ sine fide remitti non possunt, damnantur, non autem propter peccatum infidelitatis. Vnde Dominus dicit Iſa. 15. Si non venissem, & loquutus es non fuisset, peccatū non haberent. Quod Augustinus exponit de hoc peccato, quod in Christū non crediderunt: non est enim in potestate humana de se habere fidem, sed in ea est vt mens hominis non repugnet interiori instinctui, & exteriori veritatis prædicationi. Secunda conclusio probatur. Cum enim omne peccatū formaliter consistat in auersione à Deo, tantū aliquod peccatum est grauius, quātū per ipsum homo magis à Deo separatur: per infidelitatem autē magis homo à deo elongatur, quia nec veram Dei cognitionem habet nec per falsam eam appropinquat, sed magis ab eo elongatur: ergo peccatū infidelitatis maius est omnibus peccatis. Tertia conclusio sic probatur. Grauius peccat cōtra fidem, qui renititur fidei susceptæ, quā qui renititur fidei non susceptæ: sicut grauius peccat qui non implet quod promissit, quā si non impleat quod nunquā promissit: sed hæretici susceperūt fidē euāgelij, & renituntur eā corrūpentes, ergo grauius peccat, quā ceteri infideles, quā quā fidē catholicā susceperūt, & per cōsequens esse hæreticū grauius est omnium peccatorum. Quod sanē intelligendū est: verū est enim quod dictū est, si fiat cōparatio ad peccata, quæ virtutibus moralibus opponuntur, qualia sunt peccata opposita iustitiæ, prudentiæ, Tēperantiæ, fortitudini, & omnibus alijs virtutibus moralibus: omnibus enim talibus grauius est peccatū hæresis. Sūt tñ adhuc grauiora peccata, quæ alijs virtutibus Theologicis opponuntur, qualia sunt, finalis impoenitentia, quæ spei opponitur, & odium Dei: odio enim Dei, quod veritati opponitur, nihil secundū genus suū grauius est. Ex præmissis inferuntur aliqua corollaria. Primū est, quod grauius est esse hæreticū, quā esse Iudæū, Paganū, vel Saracenū. Patet ex dictis: quia hæreticus renititur fidei, quam suscepit, alij verò non. Secundum est. Grauius est Iudæum esse, quā Paganū. Quia licet Iudæi euāgelij non susceperint, quia

tamen susceperunt eius figuram in veteri lege, quam male interpretantes corrumpunt, ideo eorum infidelitas grauior est, quam infidelitas Gentilium, qui nullo modo fidem euangelij susceperunt. Verum est tamen, quod in pluribus errant Gentiles, quam Iudæi, & Iudæi, quam hæretici, & quantum ad hoc grauior est infidelitas Gentilium, quam Iudæorum, & Iudæorum quam hæreticorum. Sed quia infidelitas magis habet rationem culpe, ex hoc, quod non habet ea, quæ fidei sunt, quia hoc magis pertinet ad rationem poenæ, quam culpæ, ideo simpliciter infidelitas hæreticorum est pessima. Tertium est, quod inter hæreticos tanto grauior hæresis est, quanto in pluribus contra fidem errant: in talibus enim vtraque grauitatis ratio inuenitur, quia in pluribus errat, & pluribus etiam iam susceptis renituntur. Quartum est, quod inter hæreses hæresis Manichæorum est grauior, quoniam renititur & contradicit omnibus veritatibus in veteri testamento contentis. Sed adhuc grauior & grauisima omnium est eorum, qui recipiunt testamentum vetus, & nouum testamentum penitus rejiciunt, qui siue vocentur Nazaræi, siue Ebionitæ, siue innomina ti sint, grauiores cæteris hæreticis sunt. Tum quidem, quia in pluribus errant: tum, quia in pluribus renituntur fidei susceptæ: tum etiam, quia errores aliarum hæresium continent, vnde tales cum Arrio sentiunt Christum esse creaturam dicente, cum Sabellio concordant, ponentes in diuinis vnitatem personæ, & negantes Trinitatem, quam in solis nominibus esse dicunt, & per consequens negantes fundamentum catholicæ fidei, in omnes ferè errores & hæreses incidunt. Ad argumenta in oppositum. Dicendum est ad primum, quod licet esse hæreticum grauius sit peccatis cæteris secundum genus suum, potest tamen secundum circumstantias alleuiari. Vnde hæreticus, qui nihil habet mali præter hoc quod hæreticus est, videtur ex ignorantia peccare, putans se obsequium præstare Deo, sed in hoc errat, quod non vult subijci correctioni ecclesiæ, sed magis prudentiæ suæ innititur. Posset etiam dici, quod Augustinus hyperbolicè loquutus est contra illos, qui et si multis peccatis impliciti sint, in hoc tamen gloriatur, quod rectè credat, et si peccatores sint: contra quos Augustinus dicit se nescire, quis deterior eorum sit, hæreticus scilicet nullo alio peccato irretitus, vel magnus peccator fidelis, tamen cuius fides cum sine operibus sit, mortua est, vt dicitur Iaco. 2. Potest etiam dici, quod et si Augustinus noluit in hoc sententiam præcipitare, quia senum & sapietum mos est temperare sermonem, vt Aristoteles dicit 2. lib. Rhetoricorum, tamen doctores posteriores ratione naturali & auctoritate sacri Canonis ful-

citi determinant & ostendunt, quod esse hæreticum grauisimum est, & grauius peccatis alijs oppositis virtutibus moralibus, siue contra Deum, siue contra proximum fuit. Ad secundum negatur antecedens. Et ad primam probationem dicendum, quod habere fidem non est in natura humana: ea enim, quæ fidei sunt, rationem naturalem excedunt, sed in natura humana est, vt mens hominis non repugnet interiori instinctui, & exteriori veritatis prædicationi: si enim aliquis non repugnans eis non sit plene in fide informatus, in fidelitas eius magis est poena quam culpa, vt dictum est. Ad secundam probationem dicendum, quod esse hæreticum & non habere fidem est contra naturam, in quantum aliquis repugnat interiori instinctui Dei, & exteriori veritatis prædicationi, quod contra rationem naturalem est hominis bene instituti. ¶ **Quæritur. 12.** Vtrum omnis actio hæretici sit peccatum, vt quod siue comedat, siue bibat, ambulet, aut loquatur, intelligat vel velit, in his peccet? Quibusdam videtur quod sic. Fides enim, vt ipsi dicunt, dirigit intentionem, & intentio bonum opus facit: vbi ergo non est fides, nec intentio bona, non videtur esse opus bonum. Item quia Apostolus ait Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Quod exponens Augustinus ait, Omnis vita infidelium peccatum est, & nihil bonum est sine summo bono. Vbi deest agnitio æternæ veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus. Sed quicquid agunt infideles, ad eorum vitam pertinet, ergo omnis eorum vita peccatum est. Item Iaco. 2. scribitur, Qui offendit in vno, id est, in charitate, factus est omnium reus. Ergo eius, qui fidem non habet & charitatē, omnis actio peccatum est, quia ad charitatem non refertur. Item lib. 2. sententiarum dist. 41. ca. 1. dicit Magister, quod qui fidem & charitatem non habet, nullum mandatum implet, & nullum opus bonum facit. Impossibile enim est, vt ait Apostolus, sine fide placere Deo. Quæ ergo sine fide fiunt bona non sunt: quia omne bonum placet Deo. Præterea, corrupto priori, corrumpitur posterius sed actus fidei præcedit actus omnium virtutum, ergo cum in hæreticis non sit actus fidei, nullum bonum opus facere possunt, sed in omni actu suo peccant. Alijs videtur oppositum. Nam Cornelius infidelis erat, cui tamen ab angelo dictum est Orationes tuæ, & elemosinæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei, Act. 10. Ergo non omnis actio infidelium est peccatum, ne hæreticorum. Et præterea contingit hæreticos & alios infideles quandoque cibare famelicum, sitienti dare potum, ignorantes docere, & alia quæ sunt bona ex genere facere, in quibus absurdum videtur dicere, quod infideles & hæretici peccant. Ad hoc dicen-

dicendum, quod in nobis duo sunt principia bonorum actuum, ratio naturalis, & gratia Dei. Peccatum verò tollit gratiam gratum facientem, sed naturale bonum totaliter non corrumpit. Nam homo ille, qui descendebat ab Ierusalem in Hiericho spoliatus est gratuitis, sed naturalia remanserunt sibi, et si vulnerata, vt doctores dicunt. Luc. 10. Vnde cum hæresis sit quoddam peccatum mortale, hæretici quidem gratiam non habent, sed tamen remanet in eis aliquod naturale bonum. Ex quibus sequuntur duo. Primum, quod hæretici non possunt bene operari ex gratia, vnde neque per quæcumque bona opera possunt mereri vitam æternam: nemo enim sine gratia mereri potest vitam æternam, quia gratia Dei vita æterna, vt dicitur Rom. 6. Secundum est, quod hæretici operari possunt aliqua bona opera, ad quæ bonum naturæ se extendit. Vnde si hæreticus esuriens cibet, sitienti potum det, nudum vestiat, discordantes concordat, tristes consoletur, & alia faciat, quæ sunt de genere suo bona, non peccat. Nam sicut fidelis potest facere aliquod opus quod non refert ad fidei finem, vel venialiter, vel etiam mortaliter peccando, ita etiam infidelis & hæreticus potest aliquem actum bonum facere, quem non refert ad finem infidelitatis: vnde cum talis actus de se sit bonus, hæreticus ad illum incitandus est, & inuitandus. Vnde factis patet, quod non omnis actio hæreticorum peccatum est. Ad obiecta in oppositum, dicendum est ad primum, quod vbi non est fides, opus bonum esse non potest, tale scilicet bonum, quod sit remunerabile ad vitam, sine quo tamen bono, remunerabili sunt alia plura bona, licet hæc & illa non vna ratione bona dicantur. Sic respondet Magister libro secundo. senten. distin. 41. cap. 3. Ad secundum dicendum, quod verbum Augustini, cum dicit, quod omnis infidelium vita peccatum est, intelligendum est de ijs, quæ infideles agunt ex infidelitate, talia enim peccata sunt. Vnde ibidem subditur, quod omnis infideliter agens, vel viuens, vehementer peccat. Vel dicendum, quod cum dicitur, quod omnis vita infidelium peccatum est, propterea dicitur, quia per nullam actionem liberantur à culpa, quando in infidelitate persistunt. Et ideo sensus est, Omnis vita infidelium est peccatum, id est, non sine peccato. Ad tertium dicendum, quod intentio, in aliquo bono opere potest esse vel ad finem vltimū supernaturalis, vel ad bonum aliquod naturale. Fides quippe dirigit intentionem respectu finis vltimi supernaturalis, quam directionem nemo nisi fidelis facere potest. Ad id quod obiicitur, quod offendens in vno factus est omnium reus. Dicendum est, quod verum est eum esse reum quantum ad hoc, quod nullum opus mereatur vitam æter-

nam. Ad dictum Magistri similiter dicendum est. Cum enim dicit nullum bonum opus facit, qui si dem & charitatem non habet, intelligit, quod non facit bonum opus meritorie. Vnde & Augustinus super illud Psal. 83, turtur inuenit sibi nidum vbi reponat pullos suos, dicit, quod Iudæi, hæretici, & Pagani opera bona faciunt, quia vestiunt nudos & pascunt pauperes, & huiusmodi, sed non in nido ecclesiæ, id est, in fide, & ideo conculcatur pullicorum. Ad vltimum dicendum, quod per infidelitatem non corrumpitur totaliter in infidelibus hæreticis ratio naturalis, imo remanet in eis aliqua cognitio, per quam facere possunt aliquod opus, quod sit de genere suo bonum. Ad argumentum in oppositum dicendum, quod Cornelius non erat infidelis: si enim infidelis esset, non esset apud Deum acceptæ orationes & elemosinæ eius, quia sine fide impossibile est placere Deo. Hebræi. 11. aiebat autem fidem implicitam non dum manifesta euangelij veritate. ¶ **Quæritur. 13.** Qui dicantur hæretici credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum? Ad hoc dicendum, quod de credentibus hæreticis distinguendum est. Quidam enim sunt, qui explicitè credunt errores aliorum, sicut Arriani errores Arrii, & Sabelliani errores Sabellij, & hi sunt in duplici differetia. Quidam enim sciunt huiusmodi errores esse damnatos, & alij ignorant. Alij dicuntur credere hæreticis, non quidem quod explicitè credant eorum errores, sed quia personis hæreticorum adherent, reputantes eos esse catholicos, & eorum doctrinam esse veram, & nescientes, quod in aliquo discrepant à catholica veritate. Vnde secundum hoc de credentibus hæreticis ponuntur tres conclusiones. Prima est, Omnis explicitè credens errores hæreticorum, si sciat eos esse per ecclesiam condemnatos, vel nesciat, & tamen pertinaciter eis inhaerent, censendus est hæreticus. Prima pars conclusionis patet. Nam quicumque in hæresim damnatam labitur, eius damnationis participem se facit in cap. 1. & 2. 2. 4. quæst. 1. Secunda pars probatur. Nam quicumque in ecclesia morbidum aliquid sapit, & correctus emendare contemnit, hæreticus est, vt in cap. dixit Paulus, & in cap. quæst. 24. quæst. 3, & hoc modo capitur credens in cap. excommunicamus. 2. de hæreticis dicitur, Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similitè iudicamus. Hæc ibi. Sed quæritur, Si aliquis scit errores huiusmodi esse damnatos, & hæreses esse, neque in animo eis assentit, sed exterius voce profitetur, nunquid erit hæreticus? ¶ Ad hoc dicendum, quod dicitur error sit de essentia hæresis qui non errat animo, hæreticus non est quo ad ecclesiam, tamē cui ex verbis animus innotescit. ¶ **Secunda conclusio.** Qui adheret alicui errori.

contra fidem cuius oppositum tenetur explicitè credere, eo ipso hæreticus censetur. Patet. Sicut enim tenetur aliquis explicitè credere aliquod credibile, sic tenetur vitare errorem illi contrariū vnde quia fideles tenentur explicitè credere articulos fidei in ecclesia diuulgatos & publicatos, si quis teneat errorem contrarium alicui articulo apud ecclesiam diuulgato, statim censetur hæreticus. Vnde & S. Thomas lib. 4. senten. distin. 13. quaestio. 2. de hæresi. articulo. 1. ad sextum. sic dicit. In fide sunt aliqua, ad quæ explicitè cognoscenda omnis homo tenetur, vnde si in his aliquis errat, infidelis reputatur & hereticus. Hæc ille. Et idem dicit lib. 1. senten. distin. 33. articulo ultimo. & prima parte. quaestio. 32. articulo. 4. ubi dicit, quod talis hæreticus vocabitur, & crit, maxime si pertinacia adiungatur. Tertia conclusio est. Pertinaciter credentes personis hæreticorum, quos catholici eos reputant, & doctrinam eorum esse veram putant, & nulli errori explicitè adherent, non sunt proprie dicendi hæretici, sed large: si verò credat eis, sed non pertinaciter, tunc hæretici non sunt. Prima pars probatur. Quia talis licet credat aliquos esse catholicos, qui in veritate non sunt, tamen nulli errori contra fidem explicitè adheret: vnde cum error sit de ratione hæresis, talis proprie hæreticus non est dicendus catholicus proprie, quia nullam veritatem catholicam explicitè credit, quantum credit doctrinam ecclesie esse veram: sic non est dicendus hæreticus, qui nulli errori explicitè inhæret. Et hoc modo loquitur de credentibus. cap. excommunicamus. 1. de hæret. cum di. 4. credentes. Præterea receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicatio ni decernimus subiacere. Hæc ibi. Cum enim maius peccatum sit hæreticum esse, quam receptatorem vel fauorem hæreticorum, & in dict. capitu. credentes. æquiparentur in poena receptoribus & defensoribus; constat quod credentes, de quibus loquitur, hæretici non sunt. Secunda pars probatur: Quia ex illo errore, cui pertinaciter adherent, scilicet, quod tales sunt catholici, & omnis doctrina eorum est catholica, & ex hoc, quod illi tenentur & docent errores contra fidem, sequitur hæresis proprie dicta, scilicet, aliquem errorem quæ illi tenent, esse catholicam veritatem. Tertia pars probatur. Quia nullus censetur hæreticus, nisi errori adiungat pertinaciam, vt supra ostensum est, sed tales non sunt pertinaciter, vt supponitur, ergo hæretici non sunt. Ex quibus patet qui dicuntur credentes, fautores verò hæreticorum non. Vno modo dicuntur. Nam quando quæ fautores vocantur, qui fauent personis hæreticorum, alio modo qui fauent erroribus hæreticorum, qui proprie dicuntur fautores hæreticæ prauitatis. Potest enim

contingere, quod aliquis faueat personæ hæretici propter consanguinitatem, vel aliam causam, qui tamen nullo modo errori fauet. Potest item contingere, quod aliquis faueat errori hæreticali, qui tamen nullo modo hæretico fauet: sicut contingit aliquos viros doctos concorditer sentire de aliqua propositione, qui tamen odio se habent. Potest item contingere quod aliquis faueat & personis hæreticorum, & errori eorum, vnde & secundum hoc dantur tres conclusiones. Prima est. Fauctor hæreticæ personæ tantum, hæreticus non est, sed tamen fautor hæretici est, & à iure punitur. Prima pars probatur. Quia hæresis non est sine errore in fide, vt supra ostensum est, sed talis non errat in fide, vt supponitur, ergo hæreticus non est. Secunda pars probatur. Quia non solum qui agunt mala, sed etiam qui facientibus consentiunt puniuntur, vt dicitur Rom. 1. sed fautores hæreticorum consentiunt, ergo puniuntur. Vnde de talibus fautoribus loquitur. cap. excommunicamus. 1. de hæret. in. §. credentes. cum dicitur, Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere. Hoc ibi. Secunda conclusio est. Fautores hæreticæ prauitatis tantum, & non personæ, hæretici sunt. Patet, errant enim contra fidem, & pertinaciter errori inhærent, ergo hæretici sunt. Antecedens probatur, quia tales tenent errorem hæreticum, alias errori non fauerent. Qui enim alicui errori, cuius oppositum non tenetur credere explicitè, & non pertinaciter ei inhæret, hæreticus non est. Vnde Augustinus de seipso dicit, Errare potero, sed hereticus non ero: quia scilicet non intendebat errori pertinaciter inhære. Tertia conclusio est. Fauens hæretico & hæresi, hæreticus est, & hæretico deterior, et si docedo faueat, verius hæresiarcha, quam hæreticus dicitur. Prima pars patet ex definitione hæretici supposita. Est enim, Baptizatus, vel pro baptizato, se gerens & contra catholicam fidem pertinaciter errans: ergo hæreticus. Secunda & tertia pars probatur auctoritate Urbani Papæ, quæ ponitur in capitu. Qui aliorum defendit errorem, multo amplius damnabilior est illis, qui errant, quia non solum errat, sed etiam alijs offendicula erroris præparat & confirmat, vnde quia magister erroris est, non tantum hæreticus, sed etiam hæresiarcha dicitur est. Hæc ille. Iura verò, quæ loquuntur de fautoribus hæreticorum, intelliguntur de fautoribus primo modo dictis. De quibus tamen quidam sic distinguunt. Quia, aut sunt personæ, quæ publica funguntur potestate: aut sunt personæ priuatae. Primi, ex sola omissione dicuntur fautores, puta si condemnatos ab ecclesia non puniunt sicut debent: error enim, cui non resistitur, approbatur in

capit

cap. error. 83. dist. cum alijs. Vnde & Archidiaconus dicit in ca. quicumque. de hæret. lib. 6. quod si prælati non faciunt carceres ad custodiam hæreticorum, & alia, quæ ad eorum officium spectant, & hoc omittunt ex auaritia, non dicuntur fautores hæreticorum: secus si omittant vt heretici non capiuntur, quia sic fautores sunt. Priuata verò personæ ex sola omissione fautores non dicuntur, nisi iuramento, vel aliis teneantur aliquid facere, quia si teneantur & non faciunt, fautores dicuntur vt puta si celant hæreticos, postquam iurauerunt eos manifestare, vel non insequuntur postquam iurauerunt eos insequi. Ex commissione verò quicumquid fiat ad defensionem hæreticorum, siue à publicis, siue à priuatis personis, tanquam fautores habendi sunt, vt puta si verbis excusant hereticos quos sciunt hæreticos esse, vel laudant eos, vel impediunt ne capiuntur, vel captos liberant, vel aliqua dant quibus liberantur, tales indubiè fautores hæreticorum sunt, vt Archidiaconus dicit in allega. cap. quicumque. Et idem est de eo, qui precibus hæreticos liberat. Receptatores verò hæreticorum dicuntur, qui scienter recipiunt hereticos. Licet enim Receptator secundam regulam Grammaticorum sit verbale in or, descendens à verbo frequentatiu, & per consequens iuxta termini significationem conueniat his, qui frequenter & sæpius plures receperunt, tamen à iure pro simplici verbo accipitur: vnde idem est receptator quod receptor. vt probatur. ff. de recep. l. fin. vnde in iure ciuili Receptor dicitur, qui latenter & occultè delinquentem recipit, vt conseruatus manus iudicis euadat. vt. l. 1. ff. de recepta. & l. congruit. ff. de offi. præsi. & l. vltim. C. de his qui latro. occult. & sic accipitur in iure Canonico. Defensores verò hæreticorum multipliciter dicuntur. Cum enim defendere aliquem, non sit nisi opem ei ferre contra impugnantes, quot modis contingit impugnari hæreticos, tot modis defendi possunt. Impugnatur autem hæretici & hæretica prauitas facta, & verbo. Facto, impugnatur hæreticus vt si quis conetur eum capere seu captiuare, iudici tradere, tormentis aut morti exponere. Verbo autem impugnatur tam in iudicio, quam extra. In iudicio quidem, si accusetur, & contra eum omnia proponantur. Extra iudicium verò, si eius perfidia per doctores, aut prædicatores denuncietur. Scripto quoque impugnari potest tam in iudicio si contra eum agatur, quam extra iudicium, si eius perfidia ratione, aut auctoritatibus impugnatur. Hæretica etiam prauitas verbo impugnatur, quando in sermonibus, lectionibus, prædicationibus, aut alijs colloquijs reprobat. Scripto verò, quando contra eam catholica scripta eduntur. Contingit ergo hæreticos defendere facto, & verbo. Facto

quidem, impediendo scilicet ne capiantur, aut a iudicio ducantur, aut in iudicio non condemnentur, aut condemnati non puniantur. Verbo verò allegando in iudicio vel extra iudicium, quod non debet contra eos aliquid fieri, aut dicendo, quod non sunt reputandi hæretici, sermones, aut epistolæ componendo, aut tractatus edendo, in quibus ostenditur, quod tales non debent molestari, & quod hæretici non sunt. Hæretica etiam prauitas defenditur facto & verbo. Facto quidem, impediendo, & prohibendo impugnatores ab impugnatione, vel destruendo allegationes impugnatoris, vel impediendo malitiosæ, ne talia ad aliorum notitiam deueniant. Verbo etiam & scripto defenditur hæretica prauitas: si verbo, vel scripto probetur, quod non sit hæresis error. Hæc distinctione præmissa, sit prima conclusio. Facto defendens hæreticum ne puniatur, si scit eum esse hæreticum ne puniatur, vel ignoret crassa ignorantia, licet errorem eius non approbet, defensor hæretici reputatur, & maledictus est pari vel maiori poena puniendus. Probatur hæc conclusio auctoritate Insuper in cap. qui peccantibus. 11. quaestio. 3. Sic dicitur, Qui peccantibus consentit & defendit alium delinquentem maledictus erit apud Deum & homines, & corripitur increpatione seuerissima. Hinc & quidam sanctissimus pater ait, Si quis peccatum defendit, acrius quam ille qui peccatum committitur. Hinc & alius pater ait, Si quis alterius erroris consentit, sciat se cum illo simili modo & culpabilem iudicandum. Hæc ipse. Ex quibus patet, quod defendens quencumque delinquentem, & per consequens defendens hæreticum, grauiter peccat, & maledictus est, & acrius quam delinques puniendus. Secunda conclusio. Scripto defendens hæreticum, quem scit hæreticum esse, vel ignorat ignorantia crassa, siue hoc faciat extra iudicium, vel in iudicio, defensor hæretici est. Patet. Non enim minus est scripto aliquem defendere, quam facto. Quia facilius quis plerumque rationibus & scriptis defenditur, quam quocumque facto. Si ergo defendentes facto defensores hæreticorum dicuntur, pari ratione defendentes scripto, defensores vocabuntur. Tertia conclusio est. Defendentes hæreticam prauitatem verbo, vel scripto, quæ sciunt hæresim esse, defensores hæreticorum sunt & hæretici reputantur. Patet. Non enim defendentes hæresim, nisi eam tenerent: cum ergo tenerent hæresim hæretici sunt, tales etiam heretici erunt. Quarta conclusio. Defendentes pertinaciter hæresim, quam nesciunt hæresim esse, hæretici. Patet. Hi in morbidum aliquid sapiunt in ecclesia Dei, & correcti vt verum sapiant, emendare non possunt, ergo hæretici sunt. Patet ex Augustino in cap. qui in ecclesia. 24. quaestio. 4. Quinta conclusio.

clausio. Defendens hæresim, quam nescit hæresim esse non pertinaciter, & cuius oppositum explicite credere non tenetur, defensor hæretici non est nec hæreticus reputatur. Prima pars patet. Non enim dicitur defensor alicuius criminis, qui igno- rante crimine defendit, nisi pertinaciter & obsti- nato animo illud defendat: ergo neque in hæresi dicitur defensor hæresis, qui ignorat & sine per- tinacia defendit hæresim, non enim in hoc est ali- qua specialitas hæresi attributa. Secunda pars pa- tet. Quia, sicut saepe dictum & ostensum est, erras in fide paratus corrigi, hæreticus non est, alias Au- gustinus, Hieronymus, Cyprianus, & alij sancti pos- sent de hæresi conuinci, quod absurdum est. Sed quaeritur, quæ poena plectendi sint credentes, fau- tores, receptatores, & defensores hæreticorum. Respondeo, quod multis. Prima est, quod sunt excommunicati, perca. excommunicamus. i. de- senten. excommuni. in. §. credentes. Secunda est, quod si post excommunicationem infra annum satisfacere contempserint, ex tunc ipso iure sunt infames. Tertia, quod non admittuntur ad publi- ca officia. Quarta, quod non admittuntur ad pu- blica concilia. Quinta, quod non admittuntur ad alique seligendos. Sexta, quod non admittuntur ad testimonium. Septima, quod sunt intestabiles. Octaua, quod non admittuntur ad successorem. Nona, quod in iudicio nullus eis respondere te- netur, sed ipsi alijs. Decima, quod sententia lata ab eis nulla est, neque potest aliquis causam agita- re sub eis. Undecima, quod si aduocati sunt, non possunt præstare patrocinium, & si tabelliones, instrumenta ab eis confecta nihil valent. Duode- cima, quod ecclesiastici ab omni officio & benefi- cio deponuntur. Quæ poenæ ponuntur in alleg. §. credentes. Tredecima est, quod ipsi & eorum si- lij vsque ad secundam generationem per lineam masculinam, vel vsque ad primam per lineam fe- mininam nullum ecclesiasticum beneficium, vel publicum officium habere possint. in capi. quic- quam. in etc. cap. statutum. de hære. lib. 6. Quar- ta decima est, quod si quis vir ecclesiasticus ad pre- ces talium dignitates, personatus, & quæcunque alia ecclesiastica beneficia scienter est adeptus, ipse est priuatus ipso facto, & fit inhabilis ad simi- lia: si vero ignoranter solum, sic habitis est priua- tus solummodo. vt in capitu. quicquam. allega. de hære. Quintadecima est, quod tales appellare non possunt. vt in cap. vt inquisitionis negocium. eod. tit. lib. 6. Sexadecima est, quod contra præ- dictos admittuntur excommunicati, & partici- pes, vel socij criminis ad testimonium. vt in capi. fidei fauorem. eod. tit. lib. 6. & officiales licet sint excommunicati, possent contra eosdem suū exer- cere officium, si requisiti fuerint ab ipsis, velinqui-

stitoribus, vel eorū delegatis, & licet possunt eos requirere. vt in cap. præfidentes. eod. tit. lib. 6. De- cimaseptima est, quod nullus clericus debet eis præbere ecclesiastica sacramenta, neque tradere ecclesiasticæ sepulture, neque elemosinas aut oblationes eorum recipere, alias clericus priuan- dus est suo officio, regularis suo priuilegio. vt in cap. excommunicamus. i. de hæreti. Decima octa- ua est, quod nullus Tabellio publica instrumeta, vel scripta pro hæreticis credentibus, fautoribus, receptatoribus, & defensoribus facere potest, ne- que Aduocatus in aliqua causâ vel factio potest eis patrocinium præstare, neque litigantibus sub eo- rum exauiue, aliter ipso facto sunt suspensi ab of- ficio, & perpetuo infames. vt in cap. si aduersus. eod. tit. Quod intelligit Panor. ibidem, nisi reuer- tantur ad fidem, quia tunc possunt pro eis prædi- cta impendi. ¶ Quæritur. 14. Vtrum grauius pec- cetur qui credit mente hæreticalem errorem, & vo- ce profitetur, eo, qui cum non credat, tamen ore laudat ac defendit? Circa hoc sunt duo modi dice- di. Quidam dicunt, quod grauius peccat ille qui corde credit errori, quam ille qui non credit cor- de, & tamen exterius confitetur. Quorum opinio duplici fundamento innititur. Primum, quia pecca- tum tale est peccatum infidelitatis, quod grauiissi- mum est, vt August. dicit super illud Ioan. 15. cap. Si non venissem, & locutus eis non fuisset, pec- catum non haberent. Ergo est grauius peccato al- terius exterius tamen errorem profitentis. Secun- do, quia grauius peccatum poena grauiori puni- tur, iuxta illud Deuter. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Sed qui timore mortis in- ter Saracenos & alios infideles constitutus negat Christum & Mahometum laudaret minus puniretur, quam si corde hoc faceret. Primus em̄ non esset excommunicatus, secundus omni gra- du ecclesiastico priuatus. Nam & beatus Marcelli- nus licet negasset Christum, & idolis immolasset, non fuit excommunicatus, neque omni dignita- te ecclesiastica priuatus, ergo qui corde credit er- rori damnato grauius peccat, quam qui corde nõ credit, & tamen exterius confitetur & tenet. Alij dicunt, quod grauius peccat, qui non credit cor- de tali errori, & tamen exterius confitetur, prædi- cat aut docet. Ad quod primò nouentur: quia scie- ter peccans grauius delinquit, quam peccans igno- rante, sed qui corde nõ credit errori, & exterius confitetur scienter peccat, alius ignorante, cre- dens verum esse quod tenet, ergo grauius peccat qui non credit corde, & tamen exterius tenet er- rorem, quam ille qui credit corde eundem. Secun- do, quia grauius peccat qui mentitur, quam ille, qui solummodo dicit falsum credens esse verum quod dicit, secundum quod habetur ex verbis Au- gustini

in Enchi. quæ ponuntur. 22. quaestio. 2. §. lis autem colligitur. Nam qui mentitur, vult falle- re, qui autem dicit falsum quod putat esse verum non vult fallere. Grauius autem est velle fallere, quam nõ velle fallere: ergo mentiens grauius pec- cat, quam profertens falsum quod putat verum: ille autem qui non credit errori, & tamen exterius te- net, mentitur: ille verò qui interiori errat, quãuis exterius profiteatur, non mentitur. Vnde tenen- tes hunc modum, ad rationes primæ opinionis di- cunt. Ad primum dicunt, quod infidelitas non est grauiusimum peccatorum: nam odium Dei gra- uis est, neque Augustinus dicit esse grauiusimum peccatorum, sed esse magnum peccatum, quo cũ- cta peccata tenentur, quia scilicet dispositiue, vel occasionaliter aliorum est causa. Saepè autem pec- catum minus dispositio vel occasio est grauioris. Ad secundam dicunt, quod licet negans Christi- timore mortis non sit excommunicatus, neque omni dignitate ecclesiastica priuatus, tamen negans propter ambitionem, cupiditatem, adulationem, vel aliam causam huiusmodi, excommuni- catus est, & omni dignitate ecclesiastica priuatus. Qui verò tenent primam opinionem ad rationes secundam dicunt. Ad primam dicunt, quod non semper peccata scientium peccatis ignorantium grauiora sunt. Crucifixo enim Christi ex ig- rantia peccarunt, vnde & Petrus dicit Act. 3. Scio quia per ignorantiam fecistis &c. & tamẽ grauius peccauerunt, quam fures, latrones, & ceteri, qui scienter peccant. Ad secundam dicunt, quod quã- nis ille qui tenet errorem interiori & exterius pro- fitetur non proprie dicatur mendax, quia non di- cit contra mentem, tamen est infidelis, quod de alio non concedit: multò autem grauius est pecca- tum infidelitatis quam mendacij. Quicquid autẽ sit de grauitate peccati quo ad Deum, quo ad ec- clesiam tamen vterque reputatur hæreticus, & poena hæretici punietur. Si tamen contingeret vtrumque ad ecclesiam redire, & vnus diceret se nunquam consensisse errori, alius verò sic: quibus- dam videtur quod grauius puniendus est, & gra- uior poenitentia est iniungenda ei, qui cum fate- retur errorem, dicit se nunquam in eum consensisse. Cuius ratio assignatur a quibusdam: quia talis iudicatur infidelis, quia contra fidem dixit. Item etiam arguitur de peccato mendacij, quia cũ cor- de vnus sentiret, aliud voce profitebatur: qui ve- rò errorem tenebat in animo, vno tantum crimi- ne, scilicet infidelitatis laborabat, vnde & pro v- no tantum peccato puniendus est. ¶ Quæritur. 15. Vtrum Papa, vel quicumque ecclesiasticus præla- tus ex hoc quod verè & proprie hæreticus est, sit prælatione priuatus & apatus? In qua quaestione varius & omnino oppositus est dicendi modus.

Quidam enim dicunt quod non, quidam quod sic. Qui dicunt, quod sic, intentionem suam mu- nire nitantur tripliciter, videlicet autoritatibus sacri canonis, & ita iure diuino. Secundo, autho- ritatibus iuris humani. Tertio, rationibus. Prima autoritas scripturæ sacre eorum propositum eo firmans, scribitur Deutero. capi. 17. sub ijs. verbis de rege constituendo loquens, Eum constituas, quem Dominus Deus tuus elegit de numero fra- trum tuorum vbi gloss. interlin. non de aliena fe- cta. Et sequitur. Non poteris alterius generis ho- minem regem facere, qui non sit frater tuus. Ecce qua autoritate colligitur, quod sic Iudei non po- terant habere regem, qui non esset Iudæus: ita & fideles non possunt habere prælatum qui non sit fidelis, & per consequens si est hæreticus & infide- lis, prælatus non est. Secunda autoritas ponitur Deuteron. 18. sub ijs verbis. Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo, gloss. interlin. vt sibi credatur quæ ego non præcepi sibi ille vt diceret, aut ex nomine alieno- rum interficietur. Ex quo videtur, quod quicum- que nifus fuerit à veritate catholica fideles auerte- re, sit de medio auferendus. Tertia autoritas scri- bitur Numer. 16. vbi Dominus contra Dathan & Abyron sic loquitur, Recedite à tabernaculis impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinet ne inuoluamini peccatis eorum. Quarto Matth. 5. scribitur de doctoribus, Vos estis sal terre, quod si sal euauerit, glo. id est, doctor errauerit: in quo salietur? id est, populus in quo firmabitur. ad nihil enim valet vltra nisi emittatur foras, gloss. ab offi- cio docendi, & ab ecclesia. Quinta autoritas est illa Matth. 24. Surgent, inquit, pseudo prophetae, & pseudo christi, & dabuntur signa magna & pro- digia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deser- to est, nolite exire &c. Sexta autoritas scribitur Luc. 21. Multi, inquit, Christus, venient in nomi- ne meo, dicentes quia ego sum, & tempus appro- pinquauit, nolite ergo ire post illos. Septima est Pauli. 2. ad Thessalonicen. 3. dicentis, Denuncia- mus vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulã te inordinate, & non secundum traditionem quã receperunt à nobis. Glo. in nomine Iesu Christi, id est per Iesu Christi autoritatem præcipimus. Octaua autoritas est eiusdem Pauli ad Galat. 1. dicentis, Si quis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Ergo si prælatus contra euangelium sentiat, aut doceat, excommunicat⁹ est, & per consequens vitandus. Nona autoritas est ad Tit. vltimo. vbi sic dicitur, Hæreticum ho- minem post primam & secundam correctionem deuita, sciens quia subuersus est, qui eiusmodi est, & de-

& delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Decima autoritas ponitur. 2. Ioan. 2. Si quis, inquit, venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec ei Ave dixeritis: qui enim dicit illi, Ave, communicat operibus eius malignis. Ex quibus omnibus habetur qui haeretici sunt omnino fugiendi & vitandi, & per consequens, quod praelati facti haeretici ipso facto praelatione ecclesiastica & honore sunt privati: nam alias si praelati manerent, honor, reuerentia, & obedientia esset eis exhibenda. Iure etiam humano & patrum auctoritatibus idem confirmatur. Dicit. S. Cyprianus in quadam epistola & habetur. 7. quaestio. 1. in capi. Nouatianus. Qui nec unitatem, inquit, spiritus, nec communionem pacis obseruat, & se ab ecclesiae vinculo atque sacerdotum collegio separat, ipse nec potestatem potest habere, nec honorem. Secundo inducitur autoritas Innoc. quae ponitur in capi. haeretici. 24. quaestio. 1. dicentis, Haeretici dum a fide catholica desisterunt, perfectionem spiritus quam acceperant, amiserunt. Perfectio autem spiritus videtur hic nominari potestas ecclesiae spiritualis Tertio inducitur Ambro. cuius autho. habetur in cap. qui dignior. 24. quaestio. 1. dicentis, Si vero praecipitor haeticus deformet habitaculum, vitanda haeretico communio, & fugienda Synagoga censetur. Quarto ad idem est autho. Bede super Matthae. quae scribitur in capi. quicumque ead. cau. & quaestio. dicentis, Quicumque ab unitate fidei vel societatis Petri apostoli quomodolibet seipsum segregat, tales nec a vinculis peccatorum absoluant, nec ianuam possunt regni caelorum ingredi. Vbi videtur, quod haeretici ligandi & solvendi potestate privati sunt. Quinto inducitur Cyprianus in capi. didicimus. qui ait, Didicimus omnes omnino haeticos & schismaticos nihil habere potestatis atque iuris. Sexto facit capitul. Achatius. ea. cau. & quaestio. vbi Gelasius inquit, Quicumque in haesim semel damnata labitur, eius damnatione seipsum inuoluit. Vbi gloss. inquit, Hic est casus, in quo Papam Papa ligare potest, & in quo Papa in canone latae sententiae incidit. Nec obuiat regula illa, Par in parem non habet imperium, quia haeticus in eo quod haeticus, minor est quolibet catholico. 12. quaestio. 7. Scimus. Septimo ad idem est cap. Achatius. secundum in. 6. Si ergo. vbi dicitur, Si ergo episcopus ille in haesim damnata lapsus est, antiqua excommunicatione damnatus, alios damnare non poterit: excommunicatus enim alios excommunicare non valet. Octavo ad idem est. cap. audiuius. vbi dicitur. Si autem in corde suo nouam haesim confixerit, ex quo talia praedicare coepit, neminem damnare poterit: quia non potest de iuce-

re quenquam iam prostratus. Non ad id facit, quod in eo cap. legitur ad finem, vbi sic dicitur, Liquidum constat eum qui ab integritate catholicae fidei recedit, maledicendi, & benedicendi potestatem minime habere. Quae omnia ponuntur. 24. quaestio. 1. Tertia via adhuc eandem opinionem firmandi, est per rationes, quarum prima est. Ecclesia, & eius iurisdictionis fundata est super petram fidei: ergo quicumque cadit a fide, cadit ab omni praelatione ecclesiastica. Consequentia videtur necessaria: quoniam sublato fundamento, ruit quod super aedificatum est. Antecedens probatur. Nam postquam Petrus dixit, Tu es Christus, ipse Christus ait Petro: super hanc petram, gloss. id est fidei confessionem, aedificabo ecclesiam meam, Et requiritur. tibi dabo claves regni caelorum. Et per hanc rationem dominus Virgilius in summa sua Theologiae fuit huius opinionis. Vnde lib. 6. tit. 4. cap. 22. dicit, quod si Papa per infidelitatem a petra, in qua autoritas Petri solidatur, remotus fuerit, tunc necesse est ut sublato fundamento ruat. Haec ille. Secunda ratio est. Claves sunt datae ecclesiae, ergo existens extra eam, claves non habet. Consequentia est beati Ambrosii in pastoralis suo, & habetur de poeni. disti. 1. §. nemo. vbi ita ait, Dominus parius ligandi & solvendi esse voluit. Et infra. Certum est, quod ecclesiae utrumque licet, haesi utrumque non licet. Ius enim hoc solum promissum est sacerdotibus. Recte ergo ecclesia hoc vendicat, quae veros habet sacerdotes, haesis vendicare non potest, quae sacerdotes haesis dei non habet. Haec ille. Tertia ratio. Haeticus est ab ecclesiae corpore separatus, ergo ipso facto quod est haeticus, est priuatus honore & potestate ecclesiasticae iurisdictionis. Antecedens manifestum est. Nam, quia ecclesia est fidelium collectio, quicumque a fide ecclesiae recedit, ab ecclesiae corpore separatur. Consequentia patet. Quia membrum a corpore separatum, priuatum est omni vitali actione sensu & motu. Vnde hanc rationem. S. Thom. 2. 2. q. 39. artic. 3. ponens dicit, quod in haeticis & schismaticis potestas iurisdictionis non manet, etiam secundum substantiam, vnde non possunt absolueri, nec excommunicare, nec indulgentias facere, nec aliquid huiusmodi, quod si fecerint, nihil est actum. Haec ipse. Cuius sententia confirmatur ex verbis cap. audiuius. 24. quaestio. 1. vbi sic dicitur, Quicumque ab unitate ecclesiae, quae per Petrum intelligitur, fuerit alienus, execrare potest, consecrare non potest, excommunicationis vel reconciliationis potestatem non habet. Quarta ratio. Praefatus a corpore naturali non est caput corporis naturalis: ergo praefatus a corpore ecclesiae sic cut est haeticus, non est caput ecclesiae. Et Petrus de Palude in lib. suo de ecclesiastica potestate sic dicit.

dicit, quod formaliter loquendo de Papa, quando labitur in haesim, eo ipso praefatus est ab ecclesia, & desinit esse Papa, & tunc deponitur de facto, id est, ipso facto est depositus, per alia autem peccata non desinit esse caput, quantum sit languidum. Haec ipse. Quinta ratio. Papa haeticus non potest influere in corpus ecclesiae sensum & motum, cum careat fide, quae est principium spiritualis influxus. Vnde & Augustinus de Ancona in libro de potestate ecclesiastica, quaestio. 1. arti. 1. inquit, Capitis est influere vitam omnibus membris. Principium autem vitae spiritualis est ipsa fides, sine qua impossibile est placere Deo. Hebrae. 11. Vnde sic mortuus homo non est homo sic Papa in haesi deprehensus, non est Papa, propter quod ipso facto est depositus. Haec ille. Sexta ratio. Praelatus factus haeticus est antichristus, ergo absolutus est a cura pastoralis. Probatur antecedens. Dicitur enim. 1. Ioann. 4. Omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est antichristus. Consequentia probatur. Quia Christus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur non committit oues suas infideli seruo. Vnde Luc. 12. Quis est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Glo. 1. ecclesiam. Septima ratio. Praelatus ecclesiae est a fidelibus colendus, & venerandus: sed praelatus haeticus est vitandus, quia excommunicatus est, ergo praelatus non est. Octava ratio. Ad Papam referenda sunt omnes fidei quaestiones, ut in capi. quotiens. 24. quaestio. 1. Sed ad Papam haeticum non sunt referenda, quia cum sit aduersa eius fides Christianae, non recte quae sunt fidei definit, ergo Papa factus haeticus non est Papa. Nona ratio. Praelatus factus haeticus est lupus, ergo non est pastor, lupus enim pastori repugnat. Luc. 10. Probatur antecedens auctoritate Pauli Acto. 22. dicentis, Scio quod intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non pacem mentem gregem. 1. haetici callidi in fraude: fortes in disputatione, crudeles in occisione. Haec ibi. Patet ergo, quod praelatus ecclesiae cum sit factus lupus pastor non est. Haec sunt, quibus positionem suam confirmat: qui dicunt, quod praelatus factus haeticus, ipso facto praelationem perdit, & praelatus non est. Alii autem videtur oppositum, asserentibus, quod si Papa, vel quicumque; alius praelatus in haesim labatur, non est ipso facto papatu vel praelatione priuatus. Vnde de Papa dicunt primo, quod factus haeticus occultus, non est ipso facto papatu priuatus, aut suspensus. Quod multipliciter probat. Primo inducunt quod scribitur in cap. audiuius. 24. quaestio. 1. vbi dicitur de episcopo haetico. Si autem in corde suo nouam haesim confixerit, ex quo talia praedicare coepit, neminem damna-

re potuit, ergo a contrario sensu si non praedicante damnare potest, & iurisdictionem habet. Secundo inducunt, quia Iudas Iscariotes et si peccator esset occultus, a Christo non est depositus. Tertio, quia si praelatus occulte haeticus ipso facto est depositus, cum nesciatur quis est haeticus occultus, nesciretur etiam si facta a praelatis vim habeat, quod videtur inconueniens: tunc enim quia nesciretur, si Papa est occulte haeticus, dubitaremus etiam, utrum episcopus ab eo confirmatus esset verus episcopus: & ultra dubitaremus, si curam alicuius ecclesiae alicui commisit, utrum sit verus curatus, & ultra dubitaremus utrum ab illo absoluti essent verè absoluti, & sic consequeretur confusio in tota hierarchia ecclesiastica. Dicunt secundo huius sententiae assertores, quod Papa factus haeticus etiam manifestus, non est ipso facto diuino iure papatu priuatus. Primo hoc probant, quia in lege veteri multi summi sacerdotum in lege aberrauerunt, & tamen summo sacerdotio fungebantur: ergo ita videtur de summo sacerdote legis nouae, Secundo sic. Praelati inferiores etiam facti haetici manifesti non perdunt praelationes suas, ergo nec Papa. Consequentia est nota. Antecedens probatur. Quia si tales essent iure diuino priuati suis praelationibus, non possent sine noua electione ad eas redire, & tamen plures praelati haetici absque noua electione ad suas dignitates recepti fuerunt, vel retinuerunt easdem. & in capitul. maximum. 1. quaestio. 7. & in cap. causas. & capit. quotquot. Tertio idem probant sic. Imperator, vel Rex factus haeticus, non perdit dignitatem suam: ergo nec Papa vel Episcopus. Probatur antecedens. Quia in veteri lege multi reges fuerunt idololatrae, & tamen dignitate non sunt priuati. Iulianus etiam Imperator haeticus fuit, & tamen Imperator fuit. ut in capi. Iulianus. 11. quaestio. 3. Quarto, si ponatur quod haeticus praelatus est ipso facto praelatione priuatus, hoc esset, ne infideles infidelibus subdantur, sed hoc inconueniens non est. Nam Ioseph seruauit Pharaoni, & Daniel Nabucodonosor, & plures Christiani militauerunt sub Iuliano haetico, ut in alleg. c. Iulianus. 11. quaestio. 3. Quinto. Eiusdem est instituire & destituere. ut in cap. cum ex iniuncto. de hare. Sed Papa eligitur a Cardinalibus: deponatur, non est iure diuino depositus. Sexto. Non inuenitur in sacro eloquio, seu canone auctoritas, quae Papae haetico poenam depositionis imponat: ergo asserendum non est. Quod enim Patrum testimonio sancitum non est, superstitiosus adinventionibus non est presumendum. ut in cap. inter alia. de transla. episcopi elec. Confirmant adhuc propositum ex auctoritate glo. in cap. nunc autem. 21. distin. super verbo, Marcellinus. vbi Glossator quere-

rit, quare Concilium non deposuit Marcellinum de hæresi confessum. Responder Vgo dicens, quia erat paratus corrigi, non deponitur. vt in cap. Dixit Paulus. 24. quæstio. 3. Addunt præterea huius sententia hæreticos, quod nullus Canon potest Papæ hæretico sententiam depositionis imponere, cum Papa sit superior Canone. Vnde & ad rationes primæ opinionis dicunt, quod Papa hæreticus potest esse caput ecclesie, non connexionem charitatis, vel formam fidei, sed cõmunionem characteris baptismalis, in quo fideles omnes communicant. Vnde dicunt, quod hoc stante, Papa hæreticus est caput ecclesie, donec contra ipsum feratur sententia depositionis, vel priuationis. Hæc fuit sententia vnius magistri in quodam tractatu de vnione. Sed quia prima opinio seu positio est probabilior & rationabilior videtur (non enim videtur esse Petrus, nisi supra petram fundetur, nec verus Papa, nisi fidem veram & catholicam teneat) ideo ad rationes, quæ videntur probare oppositum, dicendum est. Ad primam dicitur, quod prælatus hæreticus siue veterem hæresim sequatur, siue nouam confingat, excommunicatus est, licet sit occultus, & ideo alium non potest excommunicare. extra. de hære. Ad abolendam. alia tamen quæ agit, tenent interim dum toleratur. ar. 3. quæstio. 7. capi. tria. Sic dicit glo. summaria. 24. quæstio. 1. Et addit, quod si prælatus hæreticus, occultus tamen, aliquem excommunicet, potest celebrare sine metu excommunicationis. Et tota ratio est, quia talis non est excommunicatus, nec excommunicatio potuit excommunicare. Ad secundam dicendum, quod sicut patet ex discursu enagelij bene probatur Iudam fuisse cupidum & proditorem, non tamen probatur fuisse hæreticum & præterea non probatur quod apud eum manserit potestas iurisdictionis, si quam habuit. Ad tertium dicendum, quod facta à prælato hæretico occulto quando ab ecclesia toleratur, vigorem habent, vt dicit glo. in allegato. capit. audiuimus. 24. quæstio. 1. reuelata autem hæresi, si inuenitur aliquem ordinale secundum formam ecclesie, verè erit ordinatus: & qui est ab eo absolutus debita forma seruata, est verè absolutus. Ea tamen quæ sunt iurisdictionis, reuelata hæresi, nulla reputantur, vnde si aliqua sint de necessitate salutis credendum est piè, quod Deus supplebit defectum personæ, sicut Sanctus Thomas dicit in simili de Episcopo non baptizato alios ordinant. libr. 4. distinct. 24. Minus etiam verum est, quod secundo loco hi dicunt, asserentes, quod Papa etiã manifestus hæreticus non est iure diuino Papatu priuatus. Vnde & ad eorum rationes sic respondetur. Ad primam dicitur, primò, quod non est simile de summo sacerdotio veteris legis & nouæ. Tū,

quia sacerdotium legis veteris habebatur iure successionis, nostrum iure electionis: & illud erat carnale, nostrum verò spirituale. Dicitur, secundo, quod sacerdos veteris legis in hæresim incidens, non est verus sacerdos, sed secundum opinionem hominum. Ad secundam dicitur, quod tã Papa quàm alij prælati inferiores sunt ipso facto iure diuino priuati, si in hæresim incidant, cum quibusdam tamen prælati dispensari potest, vt ad vnitatem ecclesie redeunt, suas prælationes habeat: quæ dispensatio locum habet electionis, vel nouæ prouisionis. Ad Tertiam dicendum, quod non est simile de prælatione ecclesiastica, & de potestate imperatoria, aut regia. Prælatio enim ecclesiastica fundatur supra petram id est veram fidem, qua deficiente, ipsa prælatio corrui: secularis autem prælatio fundatur in communicatione temporalium, quæ fidelibus & infidelibus sunt communia. Et ideo licet principes seculares efficiantur hæretici, non sunt iure diuino seculari potestate priuati. Sed de prælati seculis est. Vnde per hoc respondetur ad quartam. Ioseph enim & Daniel fuerunt sub infidelibus quoad potestatem temporalem, non tamen quoad spirituales. Ad quintam dicitur primò, quod illud assumptum, quod eiusdem est instituire & destituere, non est vniuersaliter verum, solus enim episcopus potest ordinare sacerdotem, sed non potest solus degradare. Item metropolitanus potest confirmare, & consecrare electum in episcopum, non tamen potest destituere. Dicitur secundo, quod licet sit generaliter verum, quod ad eundem pertinet institutio, supplendum est, vel ad eius superiorem. Vnde Papa potest destituere presbyterum, quem Episcopus instituit, & eius diuinum priuare potest Papam quem Cardinales elegerunt. Ad sextam dicitur, quod licet in sacro Canone non habeatur explicitè & sub formalibus verbis, quod Papa, vel alius prælatus in hæresim incidens est ipso iure Papatu vel prælatione priuatus, habetur tamen implicitè, vt patuit in autoritatibus pro prima opinione indicatis. Qui enim diuino iure non est sequendus, sed fugiendus, cui non est communicandum aut obediendum, sed contradicendum: qui nõ est salutandus neque suscipiendus: qui non est sustinendus sed interficiendus, videtur eodem iure prælatione spirituali priuatus. Ad septimum de glos. de hæresi. dicendum, quod Marcellinus Papa nõ fuit hæreticus, non enim errauit cõtra articulum aliquem fidei, sed timore mortis idolis sacrificauit. Item aliam. Et si errasset, non fuit hæreticus, quia non fuit pertinax, erat enim paratus corrigi. Quod autem vltimo dicunt, quod etiam iure Canonico Papa vel prælatus non sit priuatus Papatu vel prælatione, falsum est. Papa enim hæreticus non

non est maior Canone, sed minor. Vnde in cap. si Papa. 20. distinct. dicitur, quod nemo iudicat Papam, nisi deprehendatur a fide deuius. vbi glo. dicit, quod Papa non potest statui, quod non accusetur de hæresi, quia ex hoc tota ecclesia periclitaretur. Item glo. in capit. Achatus. 24. quæstio. 1. dicit. Hic est casus, in quo Papa Papam ligare potest, & Papa in Canonem latæ sententia incidit. Nec obuiat regula illa, Par parem ligare non potest, nec soluere. Quia si Papa hæreticus est, in eo quod hæreticus, minor est quocunque catholico hæribi. Idem tenuit Hugo in ca. inferior. dist. 21. & Archidia. in cap. in fidei fauorem. de hære. lib. 6. Concordat. S. Thom. 4. sentent. dist. 19. quæstio. De correptione fraterna. arti. 2. dicens. Non enim prælati à subditis coram multitudine, sed humiliter in priuato corripendi sunt, nisi immineret periculum fidei, tunc enim prælatus minor staret, si in infidelitatem laberetur, & subditus fidelis maior. Hæc ille. Et distinctio. 18. in. quæstio. De excommunicatione. dicit, quod si poneretur angelus peccare, & sentire contra fidem, non esset superior Paulo. Si ergo Papa contra fidem sentiret, & hæreticus esset, incidere in pœnas iuris, sicut alii hæreticus. Solutio autem data ab illis ad rationes opinionis primæ, nulla est. Vnio enim corporis mystici, quadruplex est. Prima est generica vel specifica: quia omnes homines vnus generis sunt vel speciei. Secunda est per fidem. Tertia per charitatem & gratiam. Quarta est per infusionem Spiritus sancti in singula membra. Prima vnio, non est vnio simpliciter: quia id, in quo vniuntur, non est vnus numero, & ideo Christus non est caput talis corporis, nisi in potentia, secundum quales sunt vnibiles corpori. Qui autem per solam fidem vniuntur, membra quidem sunt, sed arida, nõ enim vitam spirituales recipiunt à Spiritu sc̃to. Qui autem per gratiam & charitatem vniuntur, etiam à Spiritu sancto viuificantur, & horum caput Christus est. Sic dicit. S. Th. in sententia lib. 3. sentent. d. 13. Ex cuius dictis primò inferitur, quod vnitas nature non facit aliquem membrum ecclesie. Patet, nõ alias infideles & dånati essent membra ecclesie. Secundo sequitur, quod nullus infidelis est membrum ecclesie, quia nõ habet fidem qua vniatur. Tertiò sequitur, quod hæreticus membrum ecclesie nõ est. Quarto, quod habens fidem informem membrum ecclesie est, & per consequens prælationis ecclesiasticæ capax. Quin to sequitur, quod nõ est fidem, nec charitatem habet, prælationis nõ est capax. Patet, quia si non est membrum, nec caput esse potest, & per consequens prælatus factus hæreticus, ipso facto prælatione est priuatus, quod erat intentum. ¶ Quæritur. 16. De inquisitione hæreticæ prauitatis, & qualiter fieri debeat. Pro cuius quæstionis enoda

tionem notandum, quod contra delinquentes procedi potest per accusationem, denuntiationem, & inquisitionem. vt in cap. qualiter & quando. 2. de accusa. & quoniam hæretici delinquentes sunt, ideo contra ipsos procedi potest per accusationem, denuntiationem, & inquisitionem: sed quia in accusatione & denuntiatione similis est modus procedendi ferè sicut in alijs delictis, frequentiùs etiã contra hæreticos per inquisitionem proceditur. Omisso igitur pro nunc procedendi modo per accusationem & denuntiationem, de inquisitione & inquisitoribus hæreticæ prauitatis dicendum est. Vbi primò dicitur de inquisitione in genere. Secundo de inquisitione hæreticæ prauitatis in specie, summatim tamen, longiore discussione alijs relinquentes, qui de his latè dogmatizant. Circa primum queritur septem. Primò, quid est inquisitio. Secundo, quomplex est. Tertio, quis possit inquirere. Quarto, contra quem possit fieri inquisitio. Quinto, quando procedatur ad inquisitionem. Sexto, quomodo procedatur. Septimò, quis sit effectus inquisitionis. Ad primum dicendum, quod Inquisitio, vt Ostensi placet, est alicuius criminis manifesti ex bono & æquo iudicis competentis canonicè facta inuestigatio. Ad secundum dicendum, quod duxta Theoricam doctorum in allega. cap. qualiter & quando. Inquisitio est triplex, quædam generalissima, alia generalis, alia item specialis. Generalissima inquisitio est, qua inquiritur super statu totius provincie, vel Diocesis. Et in hac non est opus quod infamia præcedat, nec habet locum dicta definitio, quia prælatus tenetur eam facere quolibet anno. cap. cum venerabilis. de cens. & cap. Romana. de cens. lib. 6. Generalis est, qua inquiritur super statu alicuius ciuitatis, castri, vel alicuius loci: & in hac etiam non requiritur infamia. & de hac loquitur capit. primum. De officio ordinarij. Specialis inquisitio est, quæ fit contra certam personam. Et est adhuc duplex. Quædam est, quæ fit ad peccatum euitandum ex debito officio, vt puta, quod matrimonium non contrahatur vel separatur, quia est in gradu prohibito contractum. Quandoque fit ad penitentiam imponendam. In primo, non requiritur infamia præcedens, in secundo verò sic. In simplicibus officialis denunciet crimè vt in c. præterea. de testib. cogend. Ad tertium dicendum, quod ille potest inquirere, qui potest corrigere & punire, vt Episcopi de subditis suis, Archiepiscopi de Episcopis, & Patriarche de Archiepiscopis. Ille autem prælatus ex officio debet inquirere: quia sanguis subditorum requirit de manibus eius, vt in c. 1. & c. ad hæc. de offi. archidiaconi. Licet enim Heli summus sacerdos bonus existeret, quia tñ excessus subditorum efficaciter

rei non concessit, is diuinam vindictam excepit, dum filijs suis in bello peremptis, idem de sella corruens, fractis ceruicibus expirauit. vt dicitur in capitul. licet. de simonia. vbi subiungitur. Tanto ergo diligentius debet praelatus affurgere ad puniendos subditos, quanto damnabilius offensas eorum dediceret in correctas. Hęcibi. Ad quartum dicendum, quod inquisitio fieri potest contra subditum, siue sit praelatus, siue non: verumtamen facilius fit contra subditos minores, quam contra episcopos: qui cum teneantur ex officio arguere, corrigere, excommunicare, interdicare, aut suspendere, ex quibus frequenter odium multorum incurunt, verendum est, ne concussis columnis, corruat edificium. vt dicitur in dicto capitulo qualiter & quando. 2. de accusa. Si tamen delictum probatum fuerit contra praelatos, seu rarius puniendum erit: quia vt Gregorius dicit, si peruersa perpetraverint, tot mortibus digni sunt quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. vt in capitulo. precipue. 11. questione tertia. Sed quaritur, Vtrum ille, contra quem fit inquisitio, teneatur dicere veritatem super certo crimine interrogatus? Responso sit, quod sic, quādo præcessit infamia, vel semiplena probatio est. Sic dicit sanctus Thomas. secunda secundæ questione. 69. Si verò factum non est notorium, neque præcedit infamia, neque semiplena probatio tunc non tenetur respondere, etiam si iurasset dicere veritatem. Sic dicit Henricus de Gandauo. 1. quodlibet. questione. 33. neque est obediendum praelato in hoc, quia contra charitatem est. Occulta enim publicanda non sunt, sed soli Deo relinquenda. sexta. questione prima. capitul. si omnia. & capitulo. oues. & capitulo. ex merito. Ad quintum dicendum, quod si inquisitio fit ad denuntiationem alicuius, eo denuntiante, facienda est. Si verò ex officio, aut fit contra regulares, aut contra seculares. Si contra regulares, tunc procedendum, cum fama publica concurrat cum indicij vel suspicionibus, alias in causa criminali iudex procedere non debet ad aliquem actum aut capturam vel arrestationis personam, vel tormentorum, vt notant Inno. & Ioann. Andre. in capitulo qualiter & quando. in alijs autem à prædictis, scilicet à captura, arrestatione & ceteris si non seruetur ordo ad vnguem, non obest dictum Panorm. in alleg. capitul. qualiter & quando. quod etiam sine infamia contra claustrales procedi potest ad inquisitionem, quod verum est, vbi tractatur de modico præiudicio, secus si agatur ad incarcerationem, depositionem ab ordine, & similibus. Si verò inquisitio fiat contra seculares, aut fit contra Episcopum, aut contra clericum inferiorem. Si contra Episcopum fiat, oportet quod præ-

dat talis & tanta infamia, quā sine scandalo vel periculo dissimulari non possit. vt dicitur in allega. capitulo. qualiter & quando. & capitulo. veritatis. de dolo & contu. & capitulo. cum minorum. de præsump. Si verò fiat inquisitio contra clericum secularem inferiorem episcopo, sufficit frequens fama, & clamorosa infamulatio, licet non inducat scandalum. Sed nec ad primam infamiam moueri debet superior, imò tunc demum, quando sæpe, & sæpius aures eius pulsant. Probatur hæc in capitulo. super his. & in capitulo. qualiter & quando. de accusatio. & in capitulo. licet Hely. de simo. Et talis fama debet deferri iudici sedenti pro tribunali ad banchum, alias in secreto non valet, ita notat Angelus in l. vacantia. C. de bon. vacan. & cum alijs indicij, seu suspicionibus, aliter non potest procedere iudex ad aliquem actum. Sed nunquid ille, contra quem fit inquisitio, poterit negare infamiam præcessisse? Respondeo quod sic, & sic oportebit, quod primo iudex hoc cognoscat, vnde si infamatus non inuenitur, non poterit iudex procedere: & licet accusator prebet eum infamatum, nihilominus reus probare potest quod est bonæ famæ. potentius enim est priuilegium bonæ famæ, quam infamie. argumen. capitul. licet nisi. de accusa. Sed quaritur, vtrum inquisitores generales ad inquirendum de veritate criminis possint procedere seu inquirere nõ receptis testibus de infamia? Respondeo secundum Panormita. in capitulo. cum dilecti. de accusa. quod sic, satis enim est quod eis constet de infamia propter frequentem clamorem. Sed in delegato ad vnam causam secus est. Ad sextum dicendum, quod praelatus in inquisitione hoc modo procedet. Descendet enim ad locum, vbi persona cõuersatur, contra quam vult inquirere, quia ibi melius veritas inquitur, si commode hoc possit, alias non tenetur. Et si inquisitio generalis est in his quæ tangunt ecclesiam, iurabunt clerici, quod super his quæ sciunt, vel credunt in sua ecclesia reformanda tam in capite quam in membris, exceptis criminibus occultis, meram veritatem dicent. Et si contra hoc fuerit ex ætù iuramentum ab abbate, aut excommunicatio lata cõtra subditos, ne reuelent inquisitori quæ sciunt, nõ ligaturam ætù, nec excommunicatio tenet, vt in. c. quia pleriq. de offi. ordi. lib. 4. Si verò est specialis inquisitio, citabit illi inquisitor, contra quem vult inquirere, & eo citato & præfente, pcedet ad receptionem testium, quorum nomina citato exponet, & audiet illi cõtra testes opponentē, nisi in causa hæresis, vt infra dicit. Audiet etiã exceptiones rei, tã cõtra testes, quæ contra alios, & replicationes legitimas admittet, vt deponedi falsum audacia recludatur. Sed querit. Vtrum ille, cõtra quem inquitur, possit reuelare iudicē, si ha-

si habet illum suspectum? Respondeo quod sic, vt pote, quod ex odio fomite procedit, vel quia est criminiosus, articulo tertio. questione septima. capitul. iudicet. Sed quaritur, si testes interrogentur de occultis criminibus, vtrum debeant respondere. Respondendum, quod non debent respondere, si inquisitio sit generalis in fide de crimine de quo infamia non præcessit, vt dicitur in alleg. capitul. qualiter & quando. & multo minus, si inquisitio sit specialis contra aliquem. Si verò infamia præcessit contra aliquem, tunc testes dicent de eo quod inquirunt veritatem, etiã si illud quod sciunt, sit occultum. Vt (verbi gratia) si de fornicatione aliquis infamatus est, & vocetur aliquis, qui simul fuit cum fornicatore, debet dicere secreta circumstantias, & quas ipse secretò nouit, et si infamatus sit de fornicatione cum certa femina, tenetur etiam reuelare foemina: secus si infamatus sit de fornicatione absolute, tunc enim testis reuelare non debet occultam fornicatricem. Sic dicunt Inno. & Hostiens. in capit. qualiter & quando. 1. & Archi. in cap. habet hoc. 2. questione quinta. Ad septimum dicendum, quod quando agitur de generali statu, hic est effectus inquisitionis, quod corrigenda & reformanda sunt omnia tam in capite quam in membris circa personas & statum communitatis, ita quod consuetudines laudabiles nõ remoueantur, & loco irrationabilium ponantur statuta rationabilia sine cuiusquam iniuria. Si verò inquisitio est particularis, & tale crimen probatum est, quod etiam post pœnam impedit executionem ordinis, vt homicidium, & simonia, siue in ordine commissa, siue in beneficio, & is, cõtra quem fit inquisitio præcessit est secularis, id est effectus sequitur, qui & accusationem, & sic degradatur cum nota infamie. vt. 1. questione tertia. capitulo vltimo, & de simonia inlinuatum est. Si verò dilapidatio probetur, quæ presumitur eo ipso quod magnam summam pecunie quam inuenit, expendit, & amplius ecclesiam obligauit, nisi forte probaretur carelliam, defectum fructuum, expensas necessarias, vel aliud simile, debet remoueri à villicatione. vt in cap. qualiter & quando. 2. de accusatio. Sed si aliud crimen probatum sit, arbitraria erit pœna. Si autem de crimine, de quo inquisitum est, non constat per confessionem, neque per testes, sed per famam tantum, si habet facti perseverantiam, putat adulterium vel fornicatio, admonendus est primo seorsum, postea coram testibus, et si fama adhuc durat, suspenditur vsque ad satisfactionem condignam, non enim statim debet suspendi propter infamiam, nisi enormitas delicti vel scandalum hoc exposcat. vt in capitul. inter sollicitudines. de pur. cano. Sed si omnes testes dicant ipsum innocentem, non suspenditur,

neque purgatione oneratur, nisi ex abundanti ad tollendam facti infamiam. Iudex ergo ex quo infamia constat, purgationem indicet, ad quam demum recurritur, accusatione, denuntiatione, & testibus deficientibus, et si ipsam præstiterit, absoluetur, alias punietur tanquam conuictus. vt in. capitul. 2. & in cap. non inter alia. & cap. ex tuarum de pur. cano. Talis ergo erit ordo. Accusator idoneus apparens, præ omnibus auditur: ipso deficiente, denuncians, ipso non apparente. Fama verò existente, & frequenter accusante, iudex debet sui officij exequetur, & omnibus alijs probationibus deficientibus, ad purgationem canonicam peruenitur tanquam ad vltimum suffugium. Vbi ergo inquisitio fit aliquo profectore, vel denuntiante, non licet iudici pœnam à iure statutam minuire. Vbi verò in iure non reperitur a iure pœna statuta, arbitrariè punietur delinquens, vel denunciatus, si in probatione defecerit. Sed si iudex ex puro officio procedit, & nec ecclesie nec animæ periculum imminet, arbitraria erit pœna. Sic dicit Hosti. in summa tit. de inquisitionibus. §. quis sit effectus. Quaritur in super. 17. de multis. Et primo, qui sint de iure Inquisitores hæreticæ prauitatis. Secundo, quid possint. Tertio, quæ eis prohibeantur. Quarto, quomodo procedunt. Quinto, per quem modum hæretici redeunt ad ecclesiam reconciliandi sunt. Ad primum dicendum, quod Inquisitores hæreticæ prauitatis de iure sunt episcopi, & eorum superiores. Dicitur enim in capitul. Ad abolendam. eo. tit. quod illi sunt excommunicati, quos singuli episcopi per diocesces suas hæreticos iudicauerint: vbi expressè de episcopis cõcessa videtur facultas de hæreticis inquirendi. & in capitulo. excommunicamus primo. de hæreticis. in. §. addicimus. Sic dicitur. Addicimus infra per, vt quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus, per se, aut per Archidiaconum, secum, aut alias honestas idoneasque personas bis aut. salte semel in anno propriam parrochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, ei reuelet, & ibi tres, aut plures boni testimonij viros, aut etiam si expedire videtur, totam viciniam iurare compellat. Quod si quis ibidem hæreticos scierit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à comuni conuersatione fidelium vita & moribus distidentes, eos episcopo studeat indicare. Et infra. Volumus igitur & mandamus, & in virtute obediencie districte præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda episcopi per diocesces suas diligenter inuigilent, si canonice velint effugere vltionem. Si quis em episcopus super expurgado de sua dioecesi hæreticæ prauitatis sermone negligens fuerit, vel remissus, cū id certis indicij apparuerit, & ab episcopi officio deponatur, & i locū ipsius alter substituat

idoneus, qui velit & possit hæreticam confundere prauitatem. Hæc ibi. Ex quibus patet, quòd ad episcopos in suis diocesisibus, & ad Archiepiscopos in suis prouincijs spectat de hæresi inquirere, & quòd negligentes in hoc aut remissi ab episcopali officio deponuntur. Cùm autem Capitulum sede vacante iurisdictione episcopi fungatur, etiã iure communi ad ipsum spectat de hæresi inquirere. Vnde in alleg. ca. ad abolendam. dicitur quòd hæretici excommunicati sunt, quos capitulum sede vacante hæreticos iudicauerit. Vnde aperte patet, quòd Capitulum sede vacante iurisdictionem habet ad inquirendum iure communi contra hæreticos. Papa verò, qui vniuersalis episcopus & Potifex est, vt in cap. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. potestatem habet vbiq; terrarum de hæresi inquirendi, vnde ad ipsum tanquam ad Petrum referenda sunt omnes fidei quæstiones, vt in. c. quotiens. 24. q. 1. Præter hos verò nullus est inquisitor ordinarius iure proprio. Ex prædictis infertur, qd vicarius generalis episcopi de hæresi potest inquirere. Patet. Cùm enim Episcopi & vicarij sui idẽ tribunal sit, vt in. c. Romana. de appe. & in. ca. nõ putamus. de consue. lib. 6. omnia quæ potest episcopus, potest & officialis, nisi sint à iure excepta, vt in cap. cùm in generali. de offi. vicarij. libro. 6. vnde cum ius non excipiat hunc casum de inquisitione hæreticæ prauitatis, non dubium est, quin vicarius inquirere valeat. Secundo infertur, quòd legatus Papæ de latere cum plenitudine potestatis de hæresi inquirere potest. Tertiò infertur, qd quicumque inquirent de hæretica prauitate, sunt prædicti ordinarij, vel coru delegati, Papa enim delegare potest in quacunque diocesi potestatem inquirendi, & episcopus in sua diocesi. Et cùm Papæ alicui delegat potestatem inquirendi de hæretica prauitate in aliqua diocesi, per hoc nõ aufert potestatem ordinariam diocesana, vt in cap. per hoc. de hæret. lib. 6. Quidam autem dicunt, quòd ordo prædicatorum habet commissionem à sede apostolica, vt contra hæreticos inquirat, & in prouincia Thuscianæ, hoc habet ordo minorum ob reuerentiam beati Francisci. Quia verò negotium fidei arduum est, non quibuscunque committendum est, sed veris catholicis, doctis, iustis, & prudentibus, qui sancte, iuste, & prudenter de negotio fidei inquirent, delinquentes corripiant, ad ouile ecclesiæ reducant. Sed quaritur, cùm inquisitio committitur ordini prædicatorum, vel minorum, à quibus inquisitores debent institui? Respond. Gloss. in clementina. Nolentes. de hæret. super parte, committi. dicit, quòd per ministros vel prælatos prouinciales illorum ordinum, quibus deputatio talium à sede Apostolica commissæ est. Sed nunquid præfati inquisitores possunt

alijs committere vices suas? Quidam dicunt quòd non, quia videtur esse electa industria personæ, de offic. delega. capitulo vltimo. & capitulo. is cui. libro sexto. Alijs videtur contra, quòd siue ordinariam, siue delegatam iurisdictionem inquisitor habeat, committere potest. Primum patet. Secundum tenet gloss. in allegat. Clementina. Nolentes. Sed nunquid officium inquisitionis à sede Apostolica commissum, per mortem Romani Pontificis expirat? Respond. quòd non expirat neque quo ad negotia coepta viuente mandatore, neque etiam quo ad integra non coepta, imò neque quo ad ea quæ tunc non emerferant. vt in cap. ne aliqui. de hæret. libro sexto. Vnde si Titius non erat hæreticus viuente Romano Pontifice, sed post mortem eius in hæresim incurrit, de eius hæresi inquisitor hæreticæ prauitatis se poterit intrinmittere. Ad secundum dicendum, quòd inquisitores possunt conuocare clerum & populum ciuitatum, vel castrorum, aut aliorum locorum prout negotio fidei videant expedire: poterunt etiam aduocare peritos quoslibet, vt in sententis proferendis consilium dent, & præbeant, & ad hoc faciendum eos in virtute obedientiæ cogere possunt vt in capitulo. vt commissi. de hæretic. libro sexto. qui viri docti secundum quosdam gratis deseruire debent in huiusmodi officijs. Si tamen detur salarium eis non exigentibus recipere possunt. Possunt etiam Inquisitores sine episcopo citare, capere, ac tutæ custodia mancipare, nec non in vinculis & manibus ferreis ponere, & inquirere contra illos, de quibus secundum Deum & iustitiam viderint expedire. Tradere tamen carceri duro, qui magis est ad poenam quam ad custodiam, aut exponere tormentis, aut ad sententiam procedere contra illos non potest Episcopus sine Inquisitore, neque inquisitor sine episcopo, aut delegato eius, vel Capituli sede vacante, si sui ad in curam copiam habere potuerint infra octo dierum spatium postquam se requisierint, alias quicquid agant, erit irritum & inane. vt clementina multorum. de hæreticis. Licet autem contra hæreticos solus episcopus vel solus inquisitor diffinire non valeant, pro eis tamen alter sine altero potest: à iure enim veteri non receditur, nisi in quantum inuenitur expressum, iure autem veteri poterat episcopus sine inquisitore, & inquisitor sine episcopo procedere, & per consequens solus pronuntiare, vt in capitulo. per hoc. de hæreticis. libro sexto. & in extrauaganti Benedicte, quæ incipit. Ex eo. Cùm ergo hodie immutetur hoc quantum contra hæreticos pronuntiat, restat, quòd si pro eis feratur sententia absolutoria ab Episcopo solo, vel inquisitore, ferri valeat.

Sic

sic dicit gloss. in alleg. cle. multorum. super parte, contra eos. Possunt etiam inquisitores indicare silentium quæstuaris, quando prædicatio quæstuariorum impedimentum affert cõgregationi, quæ pro negotio fidei sit. vt in capitulo. vt officium inquisitionis. de hæretic. libro sexto. Possunt etiam inquisitores per censuram ecclesiasticam cogere rectores aliorum locorum reuocare, vel modo rare statuta loci, per quæ officium inquisitionis directè, vel indirectè impeditur, vel quomolibet retardatur, quæ statuta ipso iure nullius roboris sunt, vt in cap. statutum. de hæret. libro sexto. Possunt etiam inuocare brachium seculari per censuram ecclesiasticam contra hæreticos, vt in dicto capitulo. vt officium. Possunt etiam procedere contra hæreticos, non obstante statuto de duabus diebus. de quo in capitulo. nonnulli. de rescrip. vt in dicto capitulo. statutum. vbi dicit Ioan. And. quòd procedere possunt contra hæreticum, licet alibi commiserit crimen, si in sua inquisitione inuenitur. Possunt autem vniuersaliter inquirere de omni hæresi repugnante catholice fidei. Possunt etiam procedere contra Christianos, qui ad ritum transiunt vel redeunt ludæorum, nisi metu mortis hoc fecerint. vt in cap. contra Christianos. de hære. libro sexto. Ad tertium dicendum, quòd inquisitores præfati de diuinationibus, aut sortilegijs, nisi hæresim sapiant manifestè intrinmittere se non debent, neque punire talia exercentes, sed eos relinquere debent suis iudicibus puniendos. in cap. accusatus. in. §. sanè. de hæret. lib. 6. Tunc autem dicuntur diuinationes sapere hæresim, vt ibidem dicit gloss. quando fuit circa aras nefarias idolorum, quibus sacrificia offeruntur. Sortilegia autem tunc sapiunt hæresim, quando sortilegia asociant sibi hæreticos propter sortes exercendas, vel faciunt prædicta cum corpore vel sanguine Christi, vel in sortibus vt possint habere responsum, puerum rebaptizant, & his similia. Sed nunquid inquisitores poterunt cognoscere, an diuinitio, vel sortilegia sapiant hæresim. Respond. in dubio non habent iurisdictionem. Et licet alias iudex cognoscat an sua sit iurisdictione, & in dubio datur iurisdictionem habere. ff. de iudi. l. si quis ex aliena. quæ loquitur in ordinario, hic tamen nisi manifestè appareat, inquisitor non se intrinmittit sed dicit gloss. in allega. cap. accusatus. non possunt etiam Inquisitores de quæstionibus vsurarium se intrinmittere, vt ibidem dicitur. Non possunt etiam duro carceri mancipare, tormentis exponere vel condemnare sine episcopo vel eius vicario vt supra dictum est. Non possunt etiam extorquere pecuniam prætextu officij inquisitionis quibusuis modis illicitis. Item non debent applicare bona ecclesiarum sibi vel fisco ob deli-

ctum clericorum sede vacante sunt ipso facto excommunicati, nec possunt absolui ante satisfactionem pecuniæ sic extortæ. vt in clementina. Nolentes. de hæreti. Item prohibentur abuti quomodolibet portatione armorum. Item non debent habere nisi necessarios officiales, vt ibidem dicitur. Item inhihetur, quòd non imponant malitiosè aut fraudulenter crimen hæresis alicui, aut quòd impedit officium inquisitionis. Item quòd odij gratia, vel amore tueri, aut commodi temporalis obtentu contra conscientiam secundum iustitiam procedere non omitterant, vbi fuerit procedendum, aliàs superior & Episcopus per triennium suspenditur: inferiores verò ipso facto excommunicantur, in alle. capitulo. de multorum. Item non possunt de crimine hæresis inquirere contra ipsos, nisi in literis apostolicis expressè contineatur quòd hoc possint, vt in capitulo. Inquisitores. de hæreticis libro sexto. Item inquisitores ordinis prædicatorum non possunt se intrinmittere de inquisitione hæreticorum in ordine minorum, inquisitores ordinis minorum contra hæreticos de ordine prædicatorum, aliàs ipso facto sunt excommunicati, vt patet per eorum priuilegia à Paulo secundo concessa. Ad quartum dicendum, quòd inquisitores hæreticæ prauitatis siue procedant per generalem inquisitionem, siue specialem, descendunt ad locum eius, qui de hæresi infamatus est, vel in quo persona infamata moratur, vbi si generalis inquisitio facienda est, publicum proponunt dictum cum termini præhensione, vt omnes quotquot ab vnitatis fidei catholice deuiarunt, ad ecclesiam redeant, que nunquam claudit gremium redempti. Quòd si in termino venerint, salutaris poenitentiam in iungenda est: si verò non venerint, procedunt ad testium receptionem, hoc seruato, quòd si testes propter potentiam personarum contra quas deponit, graue periculum timent si nomina eorum publicentur, tunc non publicè, sed secretè coram diocessano, vel eo absente coram vicario eius, quòd inquisitores procedunt, vel episcopus, aut eius vicarius eorã inquisitore si cõmodè potest, & aliquibus alijs personis prouidis & honestis in theologia & peritis deponat, & corã eis episcopus vel inquisitor totum processum, super quo deliberadũ est, manifestent, & de ipsorum consilio ad cõdensationem procedet, vel ad absolutionem, & plena fides talibus testibus adhibetur, licet eorũ nomina non fuerint promulgata. Et possunt præcipere inquisitores præfatis honestis personis sub poena excommunicationis, quã incurrunt ipso facto, ne reuelent nomina testium. Episcopus tñ nõ potest præcipere inquisitori, neq; inquisitor episcopo, sed Papa præcepit in virtute sanctæ obedientiæ, vt secretò hoc teneat.

Tom. iij. 133 Cessante

Cessante tamen tali periculo, debent accusatorū & testium nomina publicari. Item procedere debent simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudiciorum, vt in capitulo finali, de hære. libr. sexto. In tali autem testimonio sicut supra dictū est cū per viam inquisitionis proceditur, excommunicati & participes criminis admittuntur ad testimonium contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores & defensores eorum, si ex circumstantijs vere dicere præsumantur, vt in capitulo in fidei fauorem, de hæretic. libro sexto. Si verò procedatur per viam accusationis, vel exceptionis, tales non admittuntur, vt ibidem dicit Ioann. Andre. Receptis verò testibus, & per eos probato crimine hæresis contra aliquem. Si autem reconciliatur, iuxta communioem opinionem non est morti tradendus, sed perpetuo carceri immurandus. Si verò sententia fertur secundum quosdam etiam tunc si appareat illum verè ad veritatem ecclesiæ redire, à poena mortis eripitur: secundum alios verò curiæ traditur seculari debita cum aduersione puniendus, prout doctores dicunt Ad. in capitulo ad abolendam, de hæret. Ad quintum dicendum, quòd hæretici credentes receptatores, & defensores eorum recipi possunt ad poenitentiam, differente tamen. Si enim hæreticus vocatus à iudice confiteatur crimen timore probationis, & iudex videat ipsum contritum, & speret de conuersione sua, potest parcere, iniuncta sibi poenitentia saluari. Et multo fortius hoc debet, si voluntarius accesserit ad poenitentiam. Et multo fortius adhuc, si inquisitor certū terminum apposuit, promittens, quòd si infra illum veniret, & poeniteret, misericorditer secus ageretur. Vnde in l. Manichæos. C. de Manichæis dicitur quòd post mortem patris hæretici non publicati filius sponte veniens, & poenitens, hæreditatem habet, et si tunc abiurat, absolui debet secundum formam ecclesiæ, quæ ponitur in capitulo cum alijs. Secunda quæstione tertia, & in capitulo cum desideres, secundum formam, quæ traditur in capitulo quoties prima quæstione septima, & in capitulo ego Herégarius, de consue. distinctione secunda, & clerici spontaneè reuertentes, recipiuntur ex dispensatione in ordinibus suis, vt in capitulo omnes prima quæstione prima, & capitulo salui erimus, prima quæstione vltima, et si post talem abiurationem in eadem hæresim inciderent, sine alia audientia relinquantur seculari curiæ tradendi. Et idem est, si eam purgauerant infamati, & postea incidisse in eam hæresim de qua infamati erant, conuincuntur, vt in capitulo ad abolendam, in §. illos quoque, de hæretic. & latius in capitulo accusatus, de hære. libro sexto. Si verò talis vocatus negauerit, & conuictus fuerit legitime per testes, condemnari debet per iudi-

cem ecclesiasticum, ad quem pertinet hoc presentibus potestibus secularibus, vel eorum baliujs sine baliujs, vel præpositis, castellanis, seu ministris, vt animaduersione de vita puniant delinquentem, vt in capitulo excommunicamus, i. responso. Alio tamen, vt dictum est, puniuntur hæretici venientes sponte, & aliter venientes timore probationum, de quo iura latius loquuntur, & doctores in allega. c. ad abolendam, & excommunicamus, de hæret. De carceribus verò & clauibus carceris, & incarcerandi modo, & alijs ad propositum attentibus, latè traditur in clem. multorum, de hære. Et de multis particularibus huic proposito pertinentibus latè dicitur in libro sexto, & clem. sub proprio titulo. Neque possumus huic libello omnia inferere, quæ ad indaginem specialem spectant quoniam breuitati studemus, & de ijs alijs plenè docuerunt. Qui autem hæresim abiurat, absolui debet secundum formam ecclesiæ, quæ ponitur in capitulo cum alijs, secunda quæstione tertia, & in capitulo cum desideres, de sententia, excom. Modus autem abiurationis hæresis, ponitur in capitulo sequenti. Aduertendum etiam est, quòd inquisitio hæreticæ prauitatis committi non debet nisi ei, qui qua dragesimum annum attigerit, vt in clem. Nolentes, de hære. & est mirandum, vt ibidem dicitur glo. quòd cum in episcopo qui etiam inquisitor est, requiritur tamen ab eodem deputato, vel à Capitulo, requiritur ætas quadraginta annorum. Cuius ratio non facile reddi potest. Sed queritur, an cum abiurantibus hæresim valeat dispensari vt promoueantur. Ad hoc dicendum, quòd circa eos quadruplex dispensatio inuenitur, scilicet, semi plena, plena, plenior, plenissima. Semiplena est, vt recipiantur in ordinibus iam susceptis, sublata eis in posterum omni spe promotionis, i. q. 11. Si quis hæreticæ. Plena, vt possint facere dotes fieri, & nõ vltra, i. q. 7. ca. non tantum conuenientibus. Plenior, vt possint esse episcopi, non tamè primates, i. dist. c. nos consuetudinè. Plenissima, vt ad omnes ordines & dignitates valeant promoueri, 23. q. 4. Ipsa pietas. Queritur, 18. Quæ sit abiurationis forma per hæreticos obseruanda, cum contingerit eos ad fidem & ad ecclesiam redire. Pro cuius quæstionis declaratione sciendum, quòd de quacunque hæresi quilibet conuertatur, non est recipiendus nisi ad arbitrium sui Episcopi vel Inquisitoris fidei, abiurata, & anathematizata hæresis. Ait enim Papa Leo scribens Ianuario episcopo Aquilien. & habetur in c. Saluberrimum, i. q. 7. Saluberrimum, inquit, & spiritualis medicinæ utilitati vtilissimum est, vt siue presbyteri, siue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri voluerint, atque ad catholicam fidem, quæ pridè amiserant,

rursus reuerti ambiunt, prius errores suos & ipsos auctores erroris à se damnatos sine ambiguitate fateantur, & sensibus prauis etiam nulla desperandi sit occasio, nec vllum membrum talium possit societati violari, cum per omnia illis professio propria. Hæcille. Hinc Ephesina sanctissima synodus vna de quatuor principalibus, de Nestorio episcopo, sed heretico ita constituit. Consequens est, inquit, si respicere volueris, vt iureiurando fatearis & anathematizes tua polluta & prophana dogmata: sentias autem & doceas quæ nos vniuersi per orientem & occidentem episcopi & magistri præfules populorum credimus & docemus. Hinc in actione eiusdem Synodi, 115. eiusdem forma iuramenti exprimitur in hunc modum. Ego Hysicenus agnoscentis veram fidem orthodoxam, & accedens ad sanctissimam & catholicam ecclesiam anathematizo omnem hæresim, & maximè N. in qua errabam, assentio autem præscriptæ expositioni catholicæ fidei, anathematizans eos, qui non celebrant sanctum Dei pascha iuxta morem apostolicæ & catholicæ ecclesiæ, & iuro per sanctum Ouidiosion, id est, Trinitatem et si quid ex his labe facta verè legum seueritati subiacebo, & expositioni mihi recitate subscripti manu propria. Hæc ibi. Hanc formam iuramenti inquit dominus Aymar in libro De Synodis Sancta Romana ecclesia de hæreticis conuersis eligere consuevit, Apud practicam autem Inquisitorum fidei forma abiurationis hæretici post confessionem suæ hæresis, ante poenitentiam impositionem plenior habetur sub tali verborum serie. Ego, N. recognosco & confiteor coram vobis dominis me errasse in prædictis & super his corde contrito & humiliato absoluteionem & poenitentiam requiro. Et hanc hæresim & omnem aliam quocunque nomine censeatur abiuro. Et promitto quòd de cetero seruabo illibatam fidem, quam Romana tenet ecclesia, & prædicat. Et quòd hæreticos, & credentes eorum toto posse meo persequar, & tam eos, quam eorum fautores, receptores & benefactores bona fide & sine dolo & sine mora manifestabo ecclesiæ vel prælato, & poenitentiam, quæ mihi pro dicta mea culpa iniungetur, integrè seruabo, & complebo. Et volo & concedo, quòd si ab hac hora in antea con tigerit me relabi ad eundem errorem vel alium hæresis quocunque nomine censeatur erradofortè alio casu, vel credendo, seu fidem habendo errantibus, vel eos, vel credentes eorum recipiendo scienter, aut defendendo, aut fauendo dicto vel facto, aut eis benefaciendo qualitercunq; eos vel celando, aut non manifestando bona fide & sine mora, vel si poenitentiam à vobis iniunctam integrè non seruauero, & perfectè non comple-

uero abinde ipso facto habeat excommunicatus, & perirus, & hæreticus manifestus, & me ego iudico, ita quòd sine ampliore cognitione & sententia, quæ iure relapsis & manifestis hæreticis indicitur, mihi poena imponatur. Insuper assero & protestor me puram & totam veritatem de me & alijs in quantum scio dixisse. Et si forte constare poterit, me in alio de veritate aliquid superpresisse vel tacuisse, imponenda, vel iniungenda mihi à vobis poenitentia seu absoluteionem obtenta vel obtinenda nil mihi proficit. Queritur, 19. Quid sit Apostasia, & quot sint eius species, Et qua poena apostatae puniuntur. Ad primum dicitur, quòd Apostasia est temerarius à statuta fidei, obedientiæ ecclesiasticæ, vel religionis recessus. Sic definit Alexander de Hales secunda secundæ tituli de Apostasia, & post cum Hostien. in summa, De apostatis. Et dicitur Apostata, quasi retro gradus, aut retro itans, vt. 26. quæstion. vltim. cap. non obseruetis. Ad secundum dicendum, quod Apostasia tres sunt species, secundum quòd tripliciter contingit retrocedere à Deo, cui fidelis coniungitur. Deo autem tripliciter aliquis coniungitur. Primò quidem per fidem. Secundò per debitam & subiectam voluntatem ad obedientiam præceptis eius. Tertio per aliqua specialius ad supererogationem pertinentia, sicut per religionem & clericatum, vel sacrum ordinem. Remoto autem posteriori, remanet prius, sed remotio priori, posterior non manet. Contingit ergo aliquem apostatare à Deo retrocedendo à religione, quam professus est, vel ab ordine quem suscepit, & hæc dicitur apostasia religionis seu ordinis, quam dicunt quidam apostalam irregularitatis. Contingit etiam aliquem apostatare à Deo per mentem repugnantem diuinis mandatis, & inobedientem prælatis ecclesiasticis quibus duabus existentibus, adhuc potest esse homo Deo coniunctus per fidem: sed si à fide discedat, tunc omnino à Deo retrocedere videtur. Sunt ergo in summa tres species Apostasie, scilicet, Apostasia quæ dicitur per fidem, Apostasia ab obedientia, quæ dicitur Apostasia inobedientis, & Apostasia ab ordine vel religione, quæ dicitur Apostasia irregularitatis. De prima Apostasia loquitur Sapiens Proverbiorum sexto, dicens, Homo apostata, vir inutilis. Quia enim principium totius boni spiritualis est fides, vbi fides deest, nihil vtile esse potest.

De hac etiam loquitur text. in capitulo quidam de apostatis. De secunda verò apostasia loquitur Sapiens Eccle. 10. cum dicitur. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo. Ex hoc enim, quod aliquis habet voluntatem mandatis Dei resistere, statim incidit in superbiã. De tertiã verò apostasia loquitur

tu r. cap. 1. & duo vltima de apo. & est cum quis à statu assumptæ religionis, vel à sacris ordinibus recedit, & tanquam clericus secularis fit, etiam dimittendo consuram, & vxorem accipiendo, si cõtrahens est promotus in sacris, vel religiosus, vel cum clericus dimisso clericali habitu, secularem portat. Et quia cum nomẽ significat multa, si simpliciter dicatur, de famosiõti intelligitur. vt Inst. de iure nat. 6. sed cum ius. cum simpliciter dicitur nomen apostatæ, intelligitur de priori significato, scilicet, de apostata à fide. Ex prædictis inferitur, id est, quod omnis hæreticus est apostata. Patet sic, Quicumque fidelis promittit in baptismo se tenere catholicam fidem: Imò & parvulis cum baptizantur fidei virtus infunditur. vt in clemen. Vnica. de sum. tri. & fid. cat. sed hæreticus in fide errando, à fide retrocedit, ergo apostata est. Secundum est, quod hæreticus non solum est apostata apostasia perfidix, sed etiam inobediẽtiæ. Patet. Hæreticus enim pertinaciter errat contra fidem, neque vult subdi mandato eccliesiæ eum corripientis, ergo est inobediens & apostata apostasia inobediẽtiæ. Tertium est, quod et si omnis hæreticus sit apostata, non tamen omnis apostata est hæreticus. Contingit enim aliquem in totum recedere à fide, & accedere ad perfidiam Iudæorum vel ad sectam Saracenorum, talis autem apostata est, quia retrocedit, sed hæreticus non dicitur. Dicitur enim supra, quod hæreticus et si à fide erret, debet tamen in aliquibus Christo assentire. Quartum est, quod inter apostatas maximus omnium est, qui fidem catholicam deserens, ad iudaismum se conuertit. Quod patet propter duo. Primum, quia talis in totum fidem catholicam deserit. Secundò, quia accedit ritui Iudæorum, qui quidem ritus præcessit ritui Christianorum, & sic propriè retrocessit & retrocedit: qui autem deserit catholica fide ad sectam Saracenorum se cõuertit, quanuis catholicam fidem deserat, non tamen ad sectam redit, quæ fuerit anterior. Vnde quantum est ex nominis etymologia iudaizans in totum verius dicitur apostata, quam transiens ad ritum Saracenorum. Et præterea Saraceni plures catholice veritates consentunt de Christo, quas Iudæi negant. Dicunt enim Saraceni Christum esse verbum Dei, prophetam Dei, amicum Dei, de virgine natum, ascendisse ad coelos. Quæ omnia Iudæi negant. Quintum est, quod grauius est aliquid esse apostatam, non hæreticum, quam esse apostatam hæreticum. Patet. Apostata enim hæreticus ille est, qui à fide denians, & retrocedens, multis catholicis veritatibus assentit. Apostata verò non hæreticus est, qui à fide retrocedens, nulli catholice veritati assentit. Grauius enim est nulli veritati assentire, & errores oppositos am-

plecti, quam pauciores sequi errores, quibusdam veritatibus omisis. Ad tertium dicendum, quod dimissa apostasia inobediẽtiæ & irregularitatis, de quibus non est præsentis intentionis tractare, quoniam de his latè tractatur in iure in cap. 1. vlti. & pe. de apostatis. & in decretis. 2. quæstio. 7. alieni. & 3. quæstio. 4. Beatus. & 3. quæstio. 4. Si quis à suo. cum alijs multis. poena apostatæ à fide est, quæ est infamis. 2. quæstio. 7. non potest. 6. quæstio. 1. infamis. & accusari potest perpetuo per libellum & sine libello, & viuente apostata non tollitur accusatio tempore. Eo tamen mortuo tollitur quin quennio, & inchoare potest post mortem, sicut in crimine læsæ maiestatis. Item confiscantur bona eius, nisi habeat liberos, vel agnatos. vt. C. de apostata. l. 1. & 2. l. apostatarum. Idem probat text. in. l. cognouimus de hæreti. & l. 2. tit. 26. part. 7. Quod intellige verum de iure antiquo. Hodie autè imò et si habeat liberos confiscantur auth. gazaros. C. de hæreticis. l. fin. C. de bonis proscript. gl. & omnes. in. c. cum scdm de here. in. 6. & cõcludit Grego. Lopez verb. catholicos ad. l. 7. tit. 7. part. 6. & secundum leges. Alieni etiam sunt à testamentis & testimonijs, neque ad statum pristinum reuertuntur, etiam acta poenitentia. Expellerentur etiam de ciuitate, nisi quia Imperatori maior poena visa est verari inter homines, & hominum carere suffragijs. C. eodem. l. hi qui sanctum. Sed Apostatæ clerici, ne predicatione sua falsa in gregẽ Domini, cum contagionem generent, expelluntur de ciuitate sicut omnes hæretici. vt. C. de sum. tri. & fid. cat. l. 2. C. eod. l. vltim. Et licet secundum leges alia sit poena apostatæ, & alia hæretici, secundum Canones tamen eadem est: quia omnis apostata aut hæreticus est, aut hæretico deterior, vt ostensum est. Apostata autem à fide, dominium amittit, quod habet in subditos. Dicitur enim in cap. ncs sanctorum. 15. quæstio. 9. Nos sanctorum prædecessorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitati aut iuramenti sacramento sunt constructi, apostolica auctoritate à sacramento absoluumus, & ne sibi fidelitatem obseruent, omnibus modis prohibemus, quousque ad satisfactionem veniant. Hæc ibi. Sed apostatæ à fide excommunicati sunt sicut & hæretici. vt dicitur in cap. Ad abolendam. de here. ergo apostatis à fide non est obediendum, & per consequens dominium perdit. Cuius ratio est. Sicut enim iura humana possunt priuare bonis & dominio propter alia peccata, sic & fortius priuare possunt propter apostasiam à fide, quæ quidem grauius peccatum est, quam crimen læsæ maiestatis. vt dicitur in cap. vergentis. de here. Sed propter crimen læsæ maiestatis priuatur quis dominio quod habet in subditos: ergo à fortiori propter crimen apostasie. Si enim apostata-

apostata non priuaretur dominio, hoc maxime cederet in detrimentum fidei. Possent enim apostatæ subditos suos corrumpere, ad infidelitatem pertrahere, si ab eius dominio non subtraheretur. Vnde quam citò aliquis per sententiam denunciat excommunicatus propter apostasiam à fide, tam citò eius subditi sunt absoluti à dominio eius. & iuramento fidelitatis, quo ei tenebantur. Secus autem est de infidelibus, alij dominium habentibus, quia propter suam infidelitatem dominium non priuatur. est enim dominium de iure gentium. Distinctio autem infidelium & fidelium secundum ius diuinum, per quod non tollitur humanum ius. Vnde. 1. ad Corinth. 5. dicit Apostolus, Quid mihi de his que foris sunt iudicare? Vt ostendant, quod infideles, qui nunquam susceperunt fidem, non debent per ecclesiam iudicari. Et si quis arguat, quod Iulianus imperator quanuis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites, quibus cum dicebat. Pro ducite aciem pro defensione reipublicæ, obediabant ei. vt in cap. Iulianus. 11. quæstio. 3. vnde videtur, quod propter apostasiam principis subditi non absoluuntur. Dicendum, quod illo tempore ecclesia in sui nouitate nondum habebat potestatem terrenos principes compescendi, & ideo tolerauit fideles Iuliano apostatæ obedire in his, quæ non erant contra fidem, vt maius periculum euitaretur. Sic dicit sanctus Thomas. 2. 2. quæstio. 12. artic. 2. Quæritur. 20. de blasphemia, quid sit, & quot sint eius species, verum sit peccatum mortale, verum sit maximum peccatum, & tandem ad quem pertineat huius criminis cognitio & puni-tio. Ad primum dicendum, quod blasphemia est derogatio excellentis bonitatis & præcipue diuinæ, Deus autem est ipsa bonitatis essentia, vt Dionysius dicit in. 1. capit. de diuinis nominibus. Vnde quicquid Deo conuenit, pertinet ad bonitatem ipsius, & quicquid esse non conuenit, longè est à ratione perfectæ bonitatis. Ex quo patet, quod quicumque negat aliquid de Deo quod ei conuenit, vel asserit de eo quod ei non conuenit, derogat diuinæ bonitati, & per consequens blasphemus est. Et sicut Deus laudatur in sanctis suis in quantum laudantur, verum quæ Deus in eis efficit, ita & blasphemia quæ fit in sanctos, ex consequenti in Deum redundat, cum etiam ea quæ Dei sunt, creaturis attribuuntur, vel id quod creaturæ est Deo attribuitur, ad blasphemiam pertinet. Ad secundum dicendum, quod blasphemie duæ sunt species. Vna est, cum quis derogat diuinæ bonitati secundum solam opinionem intellectus: sicut in eo, qui per errorem vel ignorantiam dicit Deum esse corporeum. Alia est, cum quamdam affectus de testatione: sicut cum quis ex iracundia vel alijs attribuit Deo quod ei non conuenit, aut ab eo ne-

gat quod ei conuenit, & vtraque si consistat tantum in corde, est blasphemia cordis: si autem exterius prodeat per locutionem, est oris blasphemia. Et de hac blasphemia communiter loquuntur doctores. Ad tertium dicendum, quod blasphemia ex suo genere est peccatum mortale. Peccatum enim mortale est, per quod homo separatur à primo principio vitæ spiritualis, quod est charitas Dei: blasphemia autem secundum genus suum repugnat diuinæ charitati, quia derogat diuinæ bonitati. Vnde blasphemia ex suo genere peccatum mortale est. Attendendum tamè, quod quia blasphemia potest absque deliberatione ex surripione procedere hoc potest dupliciter contingere. Vno modo, quod aliquis non aduertat hoc quod dicit esse blasphemiam, quia scilicet subito ex aliquo passione in verba prorumpit, quorum significationem non considerat, & tunc est peccatum veniale, & non habet propriam rationem blasphemie. Alio modo, quando aduertit hoc esse blasphemiam, considerans significata verborum, & tamen ex ira quæ solet impedire iudicium rationis, prorumpit in blasphemiam, & tunc non excusatur à peccato mortali, sicut nec ille qui ex subito motu rem aliquam occidit iuxta se sedentem. Sic dicit sanctus Thomas. 2. 2. quæstio. 13. artic. 2. Ad tertium. Sed adhuc qui aduertit significata verborum, & blasphemiat, si calore iracundie vel ebrietatis hoc faciat, Doctores Canonistæ dicunt in cap. statum? de male. quod et si talis grauius peccet, non tamè puniendus est poena dicti capituli. Statuimus, quia nescit quodammodo quid faciat. Quod Panor. credit verum in ebrio. Sed in accessu calore iracundie dicit forsitan non procedere, nisi calor esset ex iusta causa prouocatus, argum. l. si adulterium. 4. imperatores. ff. de adult. Secus quando ex iniusta causa, vt puta, quia in ludo commisit, argu. capit. inebriauerunt. 15. quæstio. 1. Quicquid autem sit de poena, certum est, quod blasphemus, qui attendit significata terminorum, mortaliter peccat: quo ad poenam verò consideranda esset ebrietatis & iracundie causa, & secundum quantitatem culpæ iudex deberet poenam infligere. Ad quartum dicendum, quod blasphemia perfecta maximè est omnium peccatorum. Probat dupliciter. Primo auctoritate glossæ super illud Esa. 15. ad proprium terribilem. &c. dicentis. Omne peccatum blasphemie comparatum, leuius est. Hæc illa. Secundo ratione sic. Optimo pessimum oppositum est, vt dicitur. 5. Ethicorum. sed blasphemia perfecta opponitur optimo, ergo est pessimum. Probat minor. In via enim salutis post agnitionem fidei est dilectio charitatis, & laus & gratiarum actio, in blasphemia verò est professio infidelitatis cum detestatione voluntatis, in super etiam verbalis iniuriatio.

iuriatio: vnde & perfecta blasphemia maius peccatum est hæresi & infidelitate & odio Dei, & per consequens in peccatis summum tenet gradum. Vnde & damnati, qui in ultimo malorum sunt, bonitatem diuinam blasphemant, secundum illud apo. 16. Aestua uerū homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Domini habentis potestatem super plagas. Ad quintam dicendum, quod blasphemix cognitio & punitio pertinet ad episcopum diocesani, & ad iudicem secularem. Licet enim iniurias proprias debeant patienter ferre, iniurias tamen Dei & blasphemias nullo pacto tolerare debent. Sicut & Christus a demone tentatus, cum in iniuriam Dei demon Christo dixisset: Hæc omnia tibi dabo, si proci dens adoraueris me, incunctanter Christus respondit, Dei iniuriam non ferens. Vade retro Satana. Scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis, & illi solis seruis. Matth. 4. Dignum est enim, ne iniuria Dei maneat impunita, ut iudices utriusque fori in eius ultionem insurgant. Vnde et si regulariter pro vno peccato vna tantum poena debeat infligi, quia ut dicitur Na. 1. non iudicat Deus bis in idipsum, & tamē in hoc crimine propter eius grauitatem duplex poena infligitur, scilicet & spiritualis & pecuniaria. Et secundum leges municipales blasphemus etiam corporaliter punitur. De eis scribitur in cap. statuumus. de male. vbi Papa mandat, quod blasphemus, qui contra Deum, vel aliquem sanctorum suorum, & maxime beatam virginem linguam in blasphemiam publicè relaxare præsumperit, septem diebus dominicis pro foribus ecclesiarum in manifesto dum aguntur missarum solennia existens, ultimo illorum die dominico, pallium & calceamenta non habeat, ligatus corrigia circa collum, & septem præcedentibus sextis ferijs in pane & aqua ieiunet, ecclesiam nullo latenus ingressurus, & quod quolibet dictorum dierum tres vel duos pauperes reficiat, si potest: si verò indigeat, commutatur in aliam poenam. Et si blasphemus hanc poenam subire non vult, interdicitur ei ingressus ecclesiarum, quandiu viuit, & priuatur ecclesiastica sepultura in morte. Iudex etiā secularis eundem blasphemie poena multabit quadraginta solidorum, vel si pauper sit, & amplius non potest, saltem quinque. Si cum contra homines facta blasphemia impunita non relinquuntur, inulto magis qui ipsum Deum blasphemant, dignus est supplicia sustinere in athen. ut non luxu. hom. contra na. circa medium. colla. 6. Admittuntur autem ad accusationem blasphemie contra Deum, & contra sanctos quicumque homines suae sint milites, siue minores, infames, pauperes, famulantes, patres, filij, liberti, patroni, mulieres, omnes enim admittuntur ad accusationem male

dicti contra principem siue spiritualem, siue temporalem: nam cōiurationem Lucij Cathilina mulier Julia detexit, & Ciceronem consulē in struxit, ut dicit Sallustius in Cathilinario. & scribitur ff. de male. l. sequenti. Cum ergo grauius sit æternam quam temporalem offendere maiestatem. ut in cap. uergentis. de hære. consequens est, quod & contra maledicos in Deum etiam omnes præfati ad accusationem admittantur. Queritur. 21. de schismate. Circa quod queruntur quinq;. Primò, quid sit schisma. Secundò, Vtrum schisma sit grauius hæresi. Tertiò, Vtrum schismatici habeant aliquam potestatem. Quartò, Qua poena schismatici puniuntur. Quintò, Quid iuris sit de ordinatis à schismaticis. Ad primum dicendum, quod schisma, secundum Gofredum, est illicita discessio eorum, inter quos uenias esse debet, seu illicitè ab unitate vel vniuersitate discessus. Dicitur autē schisma, ut Iliodorus dicit lib. 8. etymologiarum. c. 13. à scissura. Scissio autem unitati opponitur, vñtas autem ecclesiarum in duobus attenditur, scilicet, in communicatione membrorum ecclesiarum ad vnum caput, quod est Christus, cuius vicem in terris gerit summus Pontifex. Vnde & schismatici propriè dicuntur, qui sponte & intentione propria separant se ab unitate ecclesiarum, renuentes sub esse summo Pontifici, & reculantans communicare membris ecclesiarum ei subiectis. Ex quibus patet quod schisma ab hæresi differt. Nam hæresis per se opponitur fidei, schisma autem per se opponitur unitati ecclesiastica charitatis: & quicumque fide caret, charitatem non habet: omnis hæreticus est schismaticus, non tamen omnis schismaticus hæreticus est. Vnde & Hieronymus dicit super epistolam ad Galat. & habetur. 24. quæstio. 3. Inter schisma & hæresim hoc interest, quod hæresis peruersum dogma habet, schisma ab ecclesia separatur. Et quia amissio charitatis via est ad amissionem fidei sic etiam schisma via est ad hæresim. Vnde ibidem subdit, quod schisma à principio aliqua in parte potest intelligi diuersum ab hæresi. Ceterum nullum schisma est, nisi sibi aliquam hæresim confingat, ut rectè ab ecclesia recessisse videatur. Hæc ille. Ex quo patet, quod schisma sine hæresi esse potest, & quandoque cum hæresi est. Ad secundum quidam dicunt, quod schisma sit grauius hæresi & infidelitate: quia, ut dicunt, maiori bono maius malum opponitur. ut dicitur o. 1. auo Ethicorum. Sed schisma opponitur charitati quæ est maior quam fides. ut dicitur. 1. Corinth. 13. cui opponitur infidelitas & hæresis: ergo schisma est grauius hæresi. Item, quia maius peccatum grauiori poena punitur, iuxta illud Deutero. 7. capit. Promensura peccati, erit plagaram modus. Sed peccatum schismaticis grauius punitur legitur, quam peccatum

catum hæresis, siue idololatriæ: ergo peccatum hæresis schismaticis grauius est hæresi & idololatriæ. Minor probatur. Legitur enim Exod. 32. q. propter idololatriam sunt aliqui humano gladio interfecti. De peccato autem schismaticis legitur. Nu. 16. Si nouā rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia quæ ad illos pertinent, descendent inque viuentes in infernum scietis quod blasphemauerunt Dominum Deū. Decem etiam tribus, quæ per schisma à regno Dauid recesserant grauisime punitæ sunt. ut habetur. 4. Regum. 14. Sed contra est: quia inter duo peccata illud est grauius, quod plures deformitates includit, sed hæresis includit schisma: omnis enim hæreticus schismaticus est, ut proximè dictū est, sed non cōuertitur, vnde hæresis est grauior schismate. Et iuxta præterita si queratur in communi de duobus peccatis quod sit grauius, intelligenda est quæstio de grauitate quæ attenditur secundum genus peccati genus autem peccati attenditur ex obiecto, vnde illud peccatum, quod maiori bono contrariatur, & suo genere est grauius, sicut peccatum in Deum grauius est, quam peccatum in proximum. Peccatum autem hæresis est cōtrarium Deum, in quantum hæreticus de Deo male sentit schisma autem est contra ecclesiasticam unitatem quæ est quoddam bonum participatum, & min⁹ quam ipse Deus. Vnde de peccatum hæresis secundum genus sicut grauius est schismate, possit tamen aliquod schisma esse grauius hæresi propter aliquas circumstantias, scilicet, vel propter maiorem contemptum, vel propter maius periculum & scandalum, quod ex schismate oritur. Vnde & ad rationes in oppositum dicendum est. Ad primam dicendum, quod charitas habet duo obiecta, vnum principale, scilicet, bonitatem diuinam: & aliud secundarium, scilicet, bonum proximi: schisma autem opponitur charitati quantum ad secularium bonum, quod est minus, quam obiectum fidei, quod est ipse Deus. Ad secundum dicendum, quod peccatum schismaticis est grauius punitum in populo Iudæorum, quam idololatria: quia populus ille erat pronus ad schismata, & seditiones. Vnde dicitur. 1. Esdræ. 4. Ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat, & seditiones & prelia concitantur in ea. Poena autem maior quandoque infligitur pro peccato minori: magis consueto, quia poenæ sunt in medicina quædam, ut dicitur. 2. cap. Thi. Et ideo ubi est maior prauitas ad peccandum, debet feruere poena adhiberi. Vnde de secundum antiquos canones qui uxorem occidit, per totam vitam poenitere debet. ut in capit. ad monere. 33. quæstio. 2. & qui matrem occidit, decem annis poenitere debet. 33. quæstio. 2. capit. latorem. & tamen uxoricidium minus peccatum

est matricidio. Decem autem tribus non solum pro peccato schismaticis, sed etiam pro peccato idololatriæ punitæ sunt, ut ibidem apparet. Ad tertium dicendum, quod schismatici in tra ecclesiam non habent aliquam potestatem. Dicit enim Cyprianus in quadam epistola. & habetur. 7. quæstio. 1. cap. Nouatianus. Qui unitatem, inquit, spiritus neque conuentionis pacem obseruat, & se ab ecclesiarum vinculo, & à sacerdotum collegio separat, nec episcopi potestatem habere potest, nec honorem. Sciendum est tamen, quod spiritualis potestas duplex est: vna quidem sacramentalis quæ potestas est, quæ per aliquam consecrationem cōfertur: omnes autem consecrationes ecclesiarum immobiles sunt, manente re, quæ consecratur, sicut etiam patet in rebus inanimatis. Nam altare semel consecratum, semper consecratum manet, nisi fuerit dissipatum. Homo etiam consecratus quædiu uiuit, consecratus est, nisi labatur in hæresim, siue in schisma. Quod ex eo patet, quia si ad ecclesiam redeat, non iterum consecratur, sed quia potestas inferior non debet exire in actum, nisi secundum quod mouetur vsus potestatis à potestate superioris: inde est, quod tales vsus potestatis amittunt, & executione carent, vnde non licet eos uti ordinibus acceptis. Si tamen vsi fuerint, eorum potestas in sacramentalibus effectum habet. Vnde schismaticus celebrans verè consecrat, & Episcopus ordinans, verum ordinem confert, ut adhuc dicitur. Potestas autem iurisdictionalis est, quæ ex hominis inunctione cōfertur, & talis potestas non adhæret immobiliter, vnde in schismaticis non manet, ex quo sequitur, quod non possunt excommunicare, neque absoluerè, nec indulgentias facere, neque beneficia conferre, neque res ecclesiasticas alienare. ut dicitur in capit. ordinationes. 9. quæstio. 1. & in cap. alienationes. 12. quæstio. 2. & in cap. 1. de schismaticis. Et non solum schismatici non possunt res alienare ecclesiarum, sed etiā emens rem ecclesiasticam, aut alio modo acquirere, cap. 1. recipit à schismatico beneficium ecclesiasticum. per. capit. 1. eod. tit. Cum ergo dicit Cyprianus, quod schismaticus potestatem non habet, intelligendum est de potestate iurisdictionis, non ordinis: vel si referatur ad potestatem ordinis, dicendum est, quod non habet potestatem quo ad legitimum vsus, habet tamen quo ad essentiam. Ad quartum dicendum, quod poena schismatici est correspondens suæ culpæ. Per quæ enim quis peccat, debet torqueri, ut dicitur Sapient. 11. Schismaticus autem in duobus peccat. Primò quidem quia separat se à communionem membrorum ecclesiarum, & quantum ad hoc conueniens poena est, ut excommunicetur. Vnde & Num. 16. scriptum est, Recedite à tabernaculis hominum impiorum, qui

qui scilicet schisma fecerunt, & nolite tangere ea, quæ ad ipsos pertineant, ne inuoluamini peccatis eorum. Peccat secundo schismaticus, quia recusat subdi capiti ecclesiæ, id est, Romano Pontifici, & ideo quia coerceri non vult per spiritualem potestatem ecclesiæ, iustum est, vt per temporalem potestatem coerceatur. Vnde & Schismatici contra Romanam ecclesiam à principibus secularibus corriguntur, & carceri mancipantur, vt in cap. peccatus. & in cap. istud est. 2. quæstio. r. Deponuntur etiam à dignitatibus, & bona eorum publicantur, vt in cap. In nomine Domini. 23. distict. Ad quintum dicendum, quod schismatici aliquem ordinantes aut seruant formam ecclesiæ, aut non seruant. Et si quidem formam ecclesiæ non seruant, nihil conferunt: quia & catholicus Episcopus ordinans, & formam ecclesiæ non seruans in substantialibus, nihil confert. Vnde. 9. quæstio. 1. dicitur. Nos consecrationem ducere nullo modo possumus, quæ ab excommunicatis. glo. id est, ab hæreticis, vel schismaticis est illicitè celebrata. glo. id est, præter formam ecclesiæ. Si verò formam ecclesiæ seruant, verum ordinem conferunt, quia in eis consecratio & character indelebilis est. Vnde in capitulo secundo. de or. ab epif. dicitur. Cū clericis, qui ab excommunicato episcopo ignoranter ordines receperunt, per suos poterit episcopos dispensari. Hæc ibi. Ecce quod non dicit eos reordinandos esse, vnde apparet eos verè ordinatos fuisse. Verum est tamen, quod licet verè ordinati sint, executione tamen ordinis carent, sic & episcopi eos ordinantes: nam nemo dat quod non habet. in cap. qui perfectio. & in cap. vltimum. 1. quæstio. 1. vnde tales nisi cum eis dispensentur, vsu ordinis non habent. Et si quæratur per quæ debeat dispensari. Dicendum secundum doctrinam Panor. in cap. finali. de schisma. quod in episcopatu solus Papa dispensat. in cap. quia diligentia. de elect. in alijs verò ordinibus distinguit. Quia aut recipit scienter vel ex ignorantia crassa & lupina, & sic etiam solus Papa dispensat. Aut ex ignorantia probabilis, & sic dispensat episcopus, vt in allega. cap. 2. de ordi. ab episcop. non tamen dispensandum est ab eodem episcopo, qui in schismate ipsam ordinauit, licet ipse ad vnitatem ecclesiæ redeat, vt notat glo. in dicto. cap. 2. de schismat. ¶ Quæratur deinceps. 22. de hæresi in specie eorum, qui transeunt vel redeunt ad ritus Iudeorum. Pro cuius quæstionis elucidatione sciendum quod eorum qui redeunt ad ritus Iudeorum seu transeunt duplex est modus. Quidam enim transeunt vel redeunt, quia putant legem Christi esse vanam, & falsam, legem autem Moyfi veram, bonam, & ideo tenendam & obseruandam, qui et si inter Christianos conuersentur & Christiani no-

minentur, non tamen sunt Christiani ex intentione, sed hæc, & simulatè ritu Christianorum viuunt. Alij verò ritibus Iudeorum in hærent, credentes legem Christi esse veram, sanctam & obseruandam sed cum hoc credunt legem Moyfi quia à Deo est tenendam esse & obseruandam, vnde & simul ritus Christianos obseruant, & ritus veteres. Secundo hoc ergo erit duplex consideratio. Prima eorum, qui transeunt, vel redeunt ad ritus Iudeorum, detestantes legem Christi, & legi veteri in hærentes. Secunda vero erit de his, qui transeunt ad ritus Iudeorum, putantes legem veterem esse bonam, & tenendam, amplectentes etiam legem euangelicam quasi catholicam, veram, tenendam, & obseruandam, de quibus alibi dicitur. Circa primam considerationem primò tractabimus de comparatione vtriusque legis, & de duratione antiquæ. Secundo ostendemus ex auctoritatibus testamenti veteris & antiquorum Hebræorum trinitatem & vnitatem diuinarum personarum. Tertio ex eisdem auctoritatibus ostendemus Christum in lege promissum nobisque datum verum Deum esse. Quarto ex eisdem palam faciemus tempus sui aduentus præterisse. Quinto de veritate sacramenti tractabimus. Sexto, quibusdam respondebimus, qui Iudeos magni faciunt, tanquam fidelibus subtiliores, & sapientiores. Circa primum primò ostendemus, quod præter Moysem de genere Iudeorum alius propheta venturus erat qui legem ferret. Secundo ostendetur, quod legi Mosaicæ potuit aliquid addi, vel ab ea minui. Tertio, quod populo Israelitico noua lex danda erat alia à Mosaicæ, quæ etiam in lege veteri fœdus nouum appellatur. Quarto, agitur de alicetate veteris & nouæ legis. Quinto ostenditur, quod lex noua non est in membranis scripta, sed menti indita. Sexto ostenditur, quod lex noua est veteris impletiva. Septimò ponitur distinctio præceptorum legis in moralia, cæremonialia, & iudicialia. Octauò ponitur horum præceptorum subdiuisio. Nonò ostenditur, quod præcepta moralia immutabilia sunt, & indispensabilia. Decimò, ostenditur præcepta cæremonialia & iudicialia legis mutabilia esse, & ita esse mutata, atque euacuata. Vndecimò ostenditur idem per auctoritates. Duodecimò ostenditur cuius auctoritate lex vetus fuerit reuocata, atque euacuata. Decimotertio ponitur obiectio contra ea, quæ dicta sunt de cessatione legalium. Decimoquarto ponitur præmissarum obiectio. Decimoquinto tractatur specialiter de obseruatione Sabbati, & vtrum fideles teneantur Sabbatum obseruare. Decimosexto quæratur, quare lex vetus teneatur & legitur à Christianis ex quo cessauit & sepulta est. Decimoseptimò quæratur vtrum lex noua sit duratura vsque ad finem

nem mundi, & vtrum in statu eius futura sit aliqua mutatio. Decimo octauò ostenditur, quod lex noua continetur in veteri, & est ea perfectior & suauior. Decimonono ponuntur in summa differentia veteris & nouæ legis. Circa primum primò ostenditur, quod propheta venturus erat de gente Iudeorum, qui legem eis daret, ex auctoritate Domini Deuter. 18. dicentis, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi: qui autem verba eius qui loquitur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam. Hæc ibi. Ex quibus patet propositum, quod Deus suscitaturus erat de gente Iudeorum aliquem prophetam, cui credendum erat, & obediendum legi per eum datæ, sicut & Moyfi obediunt & legi eius. Sed contra hoc arguit. Rabbi Moyses in epistola ad Iudeos Affricanos, dicens, quod ex hac auctoritate non colligitur, quod propheta suscitandus debeat legem ferre, sed futuram tantum prænunciare. Probat ex textu Deuterono. 18. & ex circumstantia sermonis, quæ clarificat scripturam. Ibi enim intendens Dominus reuocare Iudeos ab augurio & diuinatione, dicit, quod non intendant eis, quia per prophetam à Domino suscitandum poterit de futuris instrui. Quod sequentibus verbis dicitur. Gentes istæ, quarum possidebis terram angures & diuinos audiunt, tu autem à Domino Deo tuo aliter instruitus es. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit Dominus Deus tuus, ipsum audiens. Hæc ibi. Ex quibus patet intentum Rabbi Moyfi, vt ipsi putant. Sed qui bene attendit contexturam allegati capituli, vt Dominus Bergen. voluit in suo scrutinio scripturæ, inueniet, quod de duobus prophetis loquitur Deus. Primò enim loquitur de propheta futura prænunciante de quo verba præmissa per Rabbi Moysem induta intelligantur. Secundo loquitur de propheta legislatore, de quo in sequentibus verbis sic dicit, vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti, Vltra nõ audiam vocem Domini Dei mei, & ignem huc maximum amplius nõ videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi. Bene omnia sunt loquuti, prophetam suscitabo ei de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi: qui autem verba eius qui loquitur in nomine meo audire noluerit, ego vltor existam. Hæc ibi. Patet igitur ex serie literæ, quod quia in datione legis in Horeb populus fuit maxime terribus ex igne & calisibi occurrentibus, in tantum quod populus petiuit, ne amplius per illum modum loqueretur Deus, vt patet Exod. 20. & Deute. 5. dicitur in præfenti dicit,

quod iam non eo modo daret legem, sed per modum mitiorem, mittendo scilicet Prophetam, qui esset verus homo sicut & Moyses, in cuius ore poneret præcepta, & qui ei non obedisset, à Deo puniretur. Ex quo patet, quod præter Moysem alius propheta de gente Iudeorum suscitandus erat, qui legem daret, sicut & Moyses fecit. Sed Petrus Brutus Episcopus in libro, qui inscribitur, Victoria contra Iudeos. cap. 3. non approbat dicta Bergen. sed eleganter ostendit, quod de vno tantum propheta Moyse loquitur in allega. capitulo. 18. Deutero. qui & futura prædiceret & legem faceret. Quorum vtrumque Christo Domino concessum esse satis constat. ¶ Quæratur consequenter. 23. Vtrum legi Moyfi aliquid addi possit, & ab ea quicquid detrahi seu minui. Et videtur quod non. Frustra enim suscitatur legislator, si legem ferre non potest: sed non potest post legem Moyse ferri alia lex. ergo &c. Probat minor. Dicitur enim Deuterono. 4. Et nunc Israel audi præcepta quæ ego doceo te, vt facias ea viuas, & ingrediens possideas terram, quæ dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. Sequitur. Non addetis ad verbum quod loquor vobis, neque auferetis ex eo. Hæc ibi. Constat autem quod Christus & apostoli multa addiderunt, noua scilicet sacramenta instituyendo, multa etiam abstulerunt, circumcisionem, & talia legalia auferendo, vt infra patebit, ergo male post legem Moyfi surrexit alius legislator, qui legem condiderit. Ad hoc quidam respondent dicentes, quod lex noua, quæ post legem Moyfi data est, nõ est alia à lege veteri. Sed hoc falsum est. Dicit enim Apostolus Hebræ. 7. & ponitur in cap. translato. de constit. Translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. Sed aliud est sacerdotium noui & veteris testamenti, vt ibidem Apostolus probat, ergo est etiam alia lex. Et præterea quoniam lex noua non differet à lege veteri, nihilominus posset addere multa, & ab ea auferre, sicut omnes constitutiones canonicæ vel civiles ad vnam legem Canonicam vel civilem pertinent, & tamen posteriores multa addunt anterioribus, & quandoque diminunt. Ideo alij dicunt, quod additio est duplex. Quædam distrahens, alia complens. In prima additum est contrarium, in secunda consonum. Prima additio est à Deo prohibita, non secunda. Vnde Legislator Christus addidit Legi Moyfi, prima additione, non secunda. Quoniam, vt dicunt, lex noua non tollit legem veterem, sed eam perficit. Sed hoc etiam stare non potest. Lex enim vetus per aduentum nouæ cessauit, & cessata est. Vnde & Apostolus Hebræ. 7. dicit. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem. Et cap. 8. dicit. Dicendo autem nouum vetera-

veteravit prius. Quod autem antiquatur & fenescit, prope interitum est. Ideo alij probabilius dicunt, quod per auctoritatem allegatam in Deuteronomio prohibentur subditi, ne aliquid addant ad præcepta diuina in lege Moyfi contenta, vel ab eis auferant. Sed per hoc non tollitur, quin Deus, vel aliquis prophetavice Dei possit aliquid addere, vel minuire, sicut & in lege humana, quâuis nullus possit addere vel minuire legi Romani Põtificis, sed omnes debeant custodire statuta Canonum ut in cap. 1. de consli. & tamen Romanus Pontifex, qui legem tulit, potest in totum eam auferre, vel ei addere, vel in ea dispensare, ut probatur in cap. non debet. de consang. & affini. Quod ex verbis eiusdem textus colligitur. Dicitur enim sic. Nõ ad verbum quod loquor vobis, nec auferere eis ex eo. Quæ quidem verba ad populum Israel dirigitur. Non autem dixit, non addam, vel, nõ addetur ad verbum quod loquor vobis. Vt per hoc ostendat, quod & si Iudei nihil possent neque deberent addere lege Moyfi, Deus tamen ipse, vel aliquis ab eo nullus legem poterat ferre, & legi Moyfi addere, vel eam minuire, sicut & fecit. ¶ **Quæritur etiam.** 24. Vtrum sicut Deus potuit addere aliquid vel minuire legi Moyfi, sic etiam promiserit dare populo Israelitico legem nouam aliam à lege Moysayca. Ad quod respon. quod sic. Dicitur enim Isaiæ. 55. Inclinate aurem vestram, & venite ad me, & viuere anima vestra: & feriam vobiscum pactum sempiternum, & misericordias Dauid fideles. In quibus verbis nomine Dauid, non intelligitur rex Dauid, qui iam multis antè annis obierat, sed per Dauid intelligitur Messias ipse lege promissus. Est ergo sentus. Feriam vobiscum pactum sempiternum, id est, dabo vobis legem sempiternam, de lege Moyfi intelligi non potest, quæ iam data erat, & non danda. Qualis autem futura esset lex danda, ostendit, dicens, misericordias Dauid fideles, hoc est, charitatem & misericordiã quas Christus prædicauit, & docuit. Ex quibus apparet Deum præordinasse legem aliam à Moysayca esse à Messia ferendam. Et præterea clariùs hoc scribitur, & propositum probatur Hier. 31. Ecce dies venient, inquit, dicit Dominus, & feriam domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secudum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos dicit Dominus. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Hæc ibi. Ex qua auctoritate duo videtur denuntari. Vnum, quod Deus daturus erat

legem nouam aliam ab illa, quam dederat Iudaïis cum exirent de terra Aegypti. Aliud, quod lex noua alio modo erat danda, quàm antiqua: nam scribenda erat in cordibus sicut antiqua in tabulis lapideis, per quod stabilitas legis nasci significabatur, & infirmitas atque instabilitas legis antiquæ præfigurabatur. Ad hoc secundo facit, quod per Prophetam Psal. 9. dicitur. Deprecatur enim Dominum dicens, Constitue Domine legislatorem super eos, ut sciant gentes quoniam homines sunt. Non erat necesse, quod diuinus Psaltes legislatorem peteret, nisi lex ab eo esset ferenda, sed quoniam sciebat nouam a Christo ferendam legem, ipsam audiendi percupidus deprecatur dicens, Constitue Domine legislatorem, id est, mitte Christum qui legem ferat. Et præterea quod lex vetus euacuanda erat, & noua ferenda, Esai. testatur. cap. 1. dicens, Quo mihi multitudinem victimarum dicit Dominus. Plenus sum. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & hircorum nolui. Et infra. Ne offeratis sacrificium frustra. Cuius voluntatis Malachias etiam. cap. 1. testis est in quibus. Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus exercituum, & murus non suscipiam de manu vestra. Et sequitur. Et in omni loco sacrificetur nomini meo oblatio munda. Ideo à Dauid antea prædictum erat Psal. 49. Non accipiam de manu tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Et infra. Nunquid manduca bo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Imola Deo sacrificiũ laudis, & recede altissimo vota tua. Ex quibus prophetarum oraculis duo patent. Primum, quod Deus non vult sacrificia de animalibus sibi offerri. Alterũ, quod vult mundam oblationem, & per consequens legem innouari, quæ vetera recedant, nouis oblationibus substitutis. De qua lege intelligitur, quod Esaiæ. cap. 2. scribitur. De Sion exhibit lex, quia in monte Sion Christus prædicauit, & in eodem monte Spiritum sanctum mittens, apostolos illuminauit, & docuit legem euangelicam. De quo Messias loquens idem Esaias. cap. 42. dicit. Legem eius insularum expectabant. ¶ **Quæritur deinde.** 25. de alicuius veteris & nouæ legis, id est, vtrum lex noua sit alia à lege veteri. Pro cuius quæstionis enucleatione sciendum, quod quidam dicunt legem nouam nõ esse aliam à lege veteri. Ad quod probandum tria inducunt. Primum est, quia si esset alia, esset propterea, quia lex noua est amoris, & lex vetus timoris, ut Augustinus dicit contra Adamantium. Sed hoc non: quia etiam in lege veteri proponuntur præcepta charitatis Deuter. 6. Diliges Dominum Deum tuum. In lege etiam noua proponuntur præcepta timoris. Vnde Matth. 10. dicitur, Time te cum, qui potest corpus & animã perdere in gehennam,

hennam. Similiter etiam non differunt per hoc, quia testamentum vetus habuit promissa temporalia, nouum verò spiritualia & æterna: quia etiã in nouo testamento promittuntur aliqua temporalia, iuxta illud Mar. 10. accipiet decies tantum nunc in tempore hoc. Et in lege veteri sperabantur æterna, iuxta illud Hebr. 11. Nunc autem meliorem patriam appetunt. id est cœlestem. Quod lex noua non sit alia à lege veteri secundum est: quia non videntur differre hæ leges per hoc, quia lex vetus est lex factorum, & lex noua lex fidei, sicut Apostolus videtur dicere Rom. 4. quia lex vetus fuit etiam lex fidei. iuxta illud Hebr. 2. Omnes testimonio fidei probati sunt. Quod dicit de patribus veteris testamenti. Similiter etiam lex noua, est lex factorum. Dicitur enim Matth. 5. Benefacite his, qui oderunt vos. Et Lucæ. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Tertium est quia vtraque lex datur habentibus fidem Dei: sed eadem fides est antiquorum & modernorum, ut glossa dicit Matth. 21. ergo etiam est eadem lex. Sed in oppositum est sententia Apostoli ad Hebr. 7. dicentis, Translato sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. Sed aliud est sacerdotium noui & veteris testamenti, ut ibidem Apostolus probat, ergo est etiam alia lex. Circa hoc primo dicendum est, quid per legem veterem & nouam intelligatur. Secundo dicitur de alicuius. Circa primum ponuntur tres distinctiones. Prima erit legis in communi sumptæ. Secunda legis diuinæ. Tertia legis Christi. Prima ergo distinctio est, quod lex multipliciter dicitur. Quandoque etiam accipitur pro prima lege, quæ est lex increata, & sic definit Augustinus legem libro primo. de libero arbitrio, dicens, Lex æterna est summa ratio, cui semper obtemperandum est. Et. 22. contra Faustũ dicit, Lex æterna est diuina mens, seu voluntas ordinem naturalem seruari iubens, turbari vetans. Quandoque verò sumitur lex, pro recta ratione, quæ est signum quoddam primæ legis. Et sic definit Cicero in Philippicis, dicens, quod lex nihil aliud est, quàm recta ratio à Deo deriuata, imperans honesta, & prohibens contraria. Et in lib. de legibus dicit, quod lex est ratio indita à natura, quæ iubet quæ sunt faciendæ, prohibet quæ contraria. Quandoque sumitur pro signo talis legis, scilicet, pro præcepto, vel prohibitione eorũ, quæ ratio naturalis dicit, & sic Cicero definit in libro de natura deorum, dicens, Lex est recti præceptio prauitæ depulsio. Quandoque verò sumitur specialiter pro lege humana, & sic definit Gratianus in Decretis. 1. distinct. dicens, Lex est constitutio scripta. Et. 2. distinct. dicit, Lex est constitutio populi, quæ maiores natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. Secunda distinctio est, quod lex

diuina, id est, diuinitus inspirata, quales est lex Moyfi vel Christi, accipi potest vno modo pro aliqua vna regula data à Deo aliquid præcipiente, vel prohibente. Alio modo pro vna congregatione plures tales regulas continente, per quem modum tota doctrina Christi, dicitur lex Christi. Sed adhuc sic capiendi potest sumi dupliciter, scilicet, vel pro aliqua congregatione continente solum præcepta & prohibitiones: quia hæc duo solum pertinet ad legem propriè dictam. Alio modo potest sumi pro tali congregatione nõ solum continente præcepta & prohibitiones, sed etiam consilia & promissiones, testimonia, historias, exempla, miracula, sacramenta promissiones præmiorum, comminationes suppliciorum, & multa eiusmodi, quæ licet non sunt de substantiali legis propriè, & neque ligant hominem, neque obligant, quia eis nihil imperatur, aut prohibetur, tamen multum conferunt ad legis observationem, & ideo quantum largè, dicuntur tamen lex. Et secundum hanc distinctionem per legem quandoque intelligimus totum vetus testamentum, ut ibi, Facilius est cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem. Lucæ. 16. Et ibi. ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est. Ioan. 15. Quandoque verò per legem intelligimus solum eos libros, in quibus principaliter & ex proposito scribuntur præcepta & prohibitiones, sicut sunt quinque libri primi legis, qui ab Hebræis vocantur Thora, id est, lex. Sicut ibi. Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum. Ioan. 1. Et ibi, Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem. Ioan. 7. Aut cum de comparatione legis veteris & nouæ loquimur, legem veterem in prima habemus, quæ vltimæ posite sunt acceptione sumimus. Tertia distinctio est, quod lex noua, siue lex euangelica dupliciter sumi potest, vno modo strictè pro libris euangeliorũ, alio modo largè pro congregatione illorum, & eorũ, quæ docuerunt apostoli Christi auctoritate eius. Nam per euangelium quandoque intelligitur etiam doctrina apostolica, ut ibi, Collabora euangelio secundum virtutem Dei. secunda ad Timotheum. 1. Sed sic capiendi, adhuc potest dupliciter sumi. Vno modo pro propositione mentali, vocali, vel scripta. Alio modo pro intellectuã cognitione veritatis euangelicæ. Non enim minus dicitur lex euangelica ipsa cognitio agendorum & vitandorum, quàm propositio scripta, vel vocalis aut mentalis denuncians quæ agenda sunt, & quæ vitanda. Vnde & Hugo. 1. de sacra. parte. 6. cap. 6. dicit. Quid cognitio facendorum fuit, nisi quedã ad cor hominis facta præceptio? & quid rursum cognitio vitandorum, nisi prohibitio? Sed adhuc agendorum cognitio & vitandorum duplex est.

Quæ

Quædam enim est purè speculatiua, qua scilicet simpliciter cognoscitur, quid Christus heri, & quod vitari mandauerit: & hanc cognitionem habere possunt Pagani, & Iudæi. Possunt enim euangelium legere, & præcepta Christi intelligere saltè in superficie. Alia autem est agendorum & vitandorum cognitio, non solum speculatiua, sed etià affectiua, per quam scilicet non solum cognoscitur mens de agendis informatur, sed etiam affectus eius ad operationem accenditur: quam cognitionem soli fideles habent formatam fidem habentes. Per legem ergo euangelicam intelligimus cognitionem interiorè effectiua ex habitu fidei proueniens, unde lex vetus scripta, & lex euangelica scripta dicuntur leges, quia sunt signa interioris legis ad legem & euangelium pertinentis. His suppositis, quia dictum est legem nouam esse aliam à veteri, querendum est, per quid differat. Quod variè dixerunt. Quidam enim dixerunt legem veterem differre à noua per hoc, quod lex veteris data est à diabolo, lex autem noua à Deo. Cuius sententiæ fuerunt Manichæus & eius sequaces. Sed hoc falsum atque hæreticum est: quoniam utraque lex à Deo data est. Dicit enim Apostolus ad Hebræos. Multifariè, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: nouissimè diebus istis loquutus est nobis in filio. Et præter ea in cap. summiter. de summo. trin. & sic. catho. sic dicitur. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta, primò per Moysen & sanctos prophetas aliosque famulos suos iuxta ordinatissimam dispositionem temporum doctrinam humano generi tribuit salutarem. Et tadem vnigenitus Dei filius viam vitæ manifestius demonstrauit. Hæc tibi. Ex quibus patet, quod doctrina lata per Moysen & sanctos prophetas à Trinitate & Deo lata sit, & per consequens, quod falsum & hæreticum est eam à diabolo datam esse, sicut Manichæi falsò putauerunt. Alij dicunt legem veterem per hoc differre à noua, quoniam lex vetus solum obligat eos, qui ex Jacob secundum carnem descenderant: lex autem noua obligat omnes homines vniuersaliter: propter quod catholica, id est, vniuersalis appellatur. Sed quamquam hæc differentia vera sit, videtur tamen alia inquirenda, propter quam adueniente lege noua cessauit vetus, & sacerdotium illius immutatum est. Licet vna lex plures obliget quam alia, non propter ea videtur, quod eam debeat reuocare. Ideo alij dicunt differre per hoc, quod lex vetus est principaliter à Deo lata sit, tamen ministerialiter data est per Moysen & alios prophetas, qui homines & creaturæ erant. Lex autem noua data est per Christum Deum & hominem. Vnde & Augusti-

nus in homel. dicit, quod ipse aperuit os suum in lege noua, qui in lege veteri aperire solebat ora prophetarum. Sed etiam hæc differentia et si vera sit, non videtur sufficere ad differentiam vtriusque legis. Nam & lex quam Princeps per se ipsum promulgat, & quam promulgat per aliquem vicarium ad hoc potestatem habentem, non sunt diuersæ leges, sed ad eandem legem pertinet. Alij dicunt leges has differre ex tempore, quo latæ sunt. Sed hoc nihil est: quia licet Decreta & Decretales epistolæ diuersis temporibus latæ sint, omnia tamen spectant ad eandem legem, scilicet, canonicius. Et idem est iudicium de legibus civilibus. Omnis ergo ijs dicendi modis, qui vel à veritate deuiant, vel insufficientes sunt, querenda est ratio differentie veteris & nouæ legis. Ad quod supponendum est primò, quod omnis lex ordinat conuersationem humanam in ordine ad aliquem finem, sicut lex militaris ordinat militem ad finem victoriæ: & lex naualis ordinat homines ad finem obnauigationis. Secundò supponendum est, quod ea, quæ ordinantur ad finem diuersificantur secundum rationem finis, sicut eadem oratio dicta animo iniuriandi reputatur iniuriosa, & dicta animo mansueti, reputatur pacifica & amica bilis. Tertiò supponendum est, quod aliqua diuersificari secundum rationem finis, potest dupliciter contingere. Vno modo, quia ordinantur ad diuersos fines. Alio modo secundum propinquitatem vel distantiam ab eodem fine. Sicut in motu locali potest vnus motus differre ab alio, quia vnus tendit sursum, & alius deorsum, & hæc est differentia specificæ motuum. Vel quia vnus est propinquior termino qui est in sursum, & alius remotior & hæc differentia non est specificæ, sed differentia in motu secundum perfectum & imperfectum. Iis suppositis sciendum est, quod duæ leges distinguuntur dupliciter. Vno modo, quia omnino diuersæ, ut pote ordinatæ ad diuersos fines. Sicut lex ciuitatis ordinata ad hoc ut sit vnus princeps, differret specie à lege ordinata ad hoc ut dominetur populus, vel primores. Alio modo distinguuntur secundum quod vna lex propinquius ordinat ad finem, alia verò remotius. Sicut in eadè Repub. lex ordinans viros prouectos de puerorū educatione disponit, neque differret ab ea specie, sed differentia perfecti & imperfecti. Iis præmissis ponuntur duæ conclusiones. Prima est. Lex noua & vetus differunt differentia finis. Probatur. Lex enim vetus data est, ut homines Deo subdantur, & implentes eam, viuunt vita spiritali. Vnde Leuit. 18. dicitur, Custodite leges meas, atque iudicia, quæ faciens homo viuat in eis. Ille autem finis est legis nouæ. Vnde & Christus de seipso dicit. Ego veni ut vitam habeant, & abundantius vi-

tam

tam habeant. Ioann. decimo. Et alibi. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Ioann. sexto. Secundum conclusio est. Lex noua & vetus differunt tanquam perfectum & imperfectum. Patet. Præcepta enim legis datæ de actibus virtutum ad quas virtutes aliter inclinatur qui nondum habent virtutis habitum, & aliter illi qui sunt per habitum virtutis perfecti. Illi enim qui non habent habitum virtutis inclinatur ad opera eius ex aliqua causa extrinseca, puta ex comminatione poenarum, vel ex promissione remunerationum extrinsecarum, puta, honoris, vel diuitiarum, vel aliter huiusmodi: illi autem, qui habent virtutem inclinatur ad opera eius propter amorem virtutis, non propter aliquam poenam, aut extrinsecam remunerationem, unde & delectabiliter operantur, ut Aristoteles secundo. lib. Ethicorum. capitulo tertio. inquit. Lex autem vetus data est omnibus habitu virtutis carentibus, & inter idolo latras enutritis, & ideo ad cultum veri Dei, & obsequationem mandatorum eius oportuit eos induci per comminationem poenarum & promissionem præmiorum. Vnde & Deuterono. quarto, dicitur, Custodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi, ut bene sit tibi & filiis tuis post te, & permanes multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Hæc tibi. Et non seruauit legem poenas comminatur, dicens. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame, & deuorabunt eos autem morsu ananissimo. Dentis bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram, atque serpentium. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor inueniem si mulac virginem lactentem cum homine sene. Deuteronom. trigesimo tertio. & Et Deuterono. 27. dicitur, quod diuise sunt tribus Israel, ita ut sex essent in monte Garzirim, & sex in monte Hebal, ut prima lex benedicerent custodientes legem. Vnde & dicitur seruanti legem. Benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, sanctus que iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caula ouium tuarum. Benedicta horrea, & benedictæ reliquie tue. Et multa, quæ ponuntur ad hoc propositum. Deuterono. 28. vbi etiam ex opposito multa maledictiones imponuntur non seruantibus legem. Lex autem noua, quæ datur viris spiritualibus, & habitu virtutis habentibus, non per extrinsecas remunerationes, aut poenarum comminationes inducit, imò seruantibus euangelicam legem prænuantur ad gratias. Vnde & dicitur apostolis à Christo. Tradent enim vos in concilijs & Synagogis, & ante reges & principes ducemini propter me, & flagellabunt vos. Matt. 10. & Mar. 13. & tñ promittit

præmia intrinseca & essentialia, qualia sunt vita æterna, & quæ eâ consequuntur. Vnde & Matth. 19 dicitur iuueni adulescèti, Si vis perfectus esse, vende, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Patet ergo, quod licet vtrique lex, vetus, scilicet, & noua, ad eundem finem ordinent, est tamen differenter. Quoniam vetus imperfectus hoc agit: noua verò perfectus. Propter quod Apostolus ad Galat. c. 3. comparat legem veterem prædago. Sicut enim Prædago pueris præponitur nec dum iudicij rationis habetibus, qui per comminationes poenarum & promissiones præmiorum pueros inducit ut caveant ab illicitis, & quæ honesta sunt faciunt: sic lex vetus imposita est populo rudi duræ ceruicis, auaro, & non habenti habitum virtutis, propter quod poenæ & præmia transgredientibus & seruantibus legem præponitur: & quia seruare legem propter metum poenæ, vel spem præmij, & non propter amorem virtutis est cohibere opus exterius, non autem animi, ideo propter hoc glo. dicitur allegato capitulo ad Galat. tertio. quod lex vetus cohibet manum, & non animum. Quod sanè intelligendum est, non quidem, quod nulla præcepta sunt de animi cohibitione, nam est illud, Non concupisces uxorem proximi tui. Exodi. vigesimo. Sed ideo dicitur animum non cohibere, quia in paucissimis de actibus interioribus disponit, & in his transgressio ribus poenam non iniungit. Ex præmissis inferuntur aliquæ propositiones. Propositi expostitiæ. Prima est, quod sicut pueri præcedit maturam aetatem, & lex quæ pueris datur, tempore præcedit legem datam viris. Sic conueniens fuit legem Moysi prius tempore dari, quam legem Christi, ut per eam scilicet & signorantes instruerentur, & dari atque superbi compeferentur & domarentur. Secunda est, quod lex Moysi bona fuit pro tempore suo. Vnde & Apostolus ad Rom. 7. dicit, quod lex sancta est, & mandatum iustum bonum & sanctum. Item, quia lex bona dicitur, quæ recte rationi consonat: lex autem vetus consonabat recte rationi, quia prohibebat peccata, quæ contra rationem sunt, propter quod Apostolus ipse ad Rom. 7. dicit, Cōdelector, inquit, legi secundum interiorè hominem. Et iterum. Cōsentio legi quoniam bona est. Tertia est, quod lex vetus, imperfecta lex fuit. Patet. Finis enim diuinitatis legis est perducere hominem ad finem felicitatis æternæ, qui quid finis impeditur per quod dicitur peccatū quod committatur, non solum per actus exteriores, sed etiam interiores. Lex autem vetus et si exteriores prohiberet actus, interiores tamen non prohibebat, nisi in paucissimis. Et præterea transgressoribus poenā non imponebat. Fuit ergo lex vetus imperfecta, quia non omnia peccata prohibuit. Quarta est. Lex vetus non potuit aliquid se sola ad finem

Tom. iij.

K

perdu-

perducere. Patet. Finis enim & vita æterna sine gratia haberi non potest, vt dicitur Ioan. 6. lex autem vetus gratiam non conferebat. Vnde & Paulus dicit ad Hebræ. 7. Euacuatio fit præcedentis mādātū propter infirmitatem & inutilitatem. Et Ezechiel. 20. dicitur. Dedi eis præcepta non bona & iudicia, in quibus non viuunt. Quod propterea dicitur, quia per legem gratia non conferebatur. De quibus amplius dicitur. Quinta est; quod lex vetus ita se habuit ad nouam, sicut feruilis timor ad castum. Sicut enim feruilis timor præcedit castum & ipsum introducit, & tamen adueniente casto foras mittit, quia imperfectus est: sic lex vetus præcessit nouam, atque ad eam introduxit, & tamen quia imperfecta erat, noua adueniente, exclusa est. Sexta propositio est ad quæstionē principalem responsiua, quod, scilicet, lex vetus & noua ita differunt: quoniam lex vetus est lex timoris, & lex noua est lex amoris. Item, quia lex vetus habet promissa temporalia, lex autem noua habet promissa æterna. Item, quia lex vetus est lex factorum, lex autem noua, est lex fidei. Quæ in solutione argumentorum adhuc exponuntur. Ad argumenta verò probantia, quod lex noua non differat à veteri, dicendum est ad primum, quod differentia assignata ab Augustino, dicente, quod lex vetus est lex timoris & lex noua lex amoris, est bene assignata, vt ex dictis patet. Fuerunt tamen aliqui in statu veteris testamenti habentes charitatem & gratiam, qui principaliter spectabant promissiones spirituales & æternas, & secundum hoc pertinebant ad legem nouam, cuiusmodi fuerunt Abel, Enoc, Noe, Abraham, Iacob, Ioseph, Moyses, & alij, quos Apostolus enumerat Hebr. 11. Similiter etiam in nouo testamento sunt aliqui carnales nondum pertingentes ad perfectionem nouæ legis, quos oportuit etiam in nouo testamento induci ad virtutis opera per timorem poenarum, & aliqua temporalia promissa. Lex autem vetus et si præcepta charitatis daret, non tamen per eam dabatur Spiritus sanctus, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, vt dicitur Rom. 5. Vnde & verum etiā est, q lex noua habet promissa spiritualia, & æterna, lex autē vetus & promissa temporalia, & tamē in veteri testamēto fuerūt aliqui principaliter inducī per promissiones spirituales, qui tñ quātū ad hoc ad nouū testamētū pertinebāt. Ad secundū dicēdū, q qui datur interior, habet autē secundariō aliqua facta & moralia & sacramentalia in quibus tñ nō cōsistit principalitas nouæ legis sicut & principalitas veteris in eis consistebat, & propterea appellatur lex factorū. Lex autē noua dicitur lex fidei. Ad tertium dicēdum, q quāuis eadem sit fides antiquorum & modernorū, nō tamē propterea esse debet eadē

lex. Nā fides aliū statum habuit in veteri testamēto, & aliū in nouo. Nā quod antiqui futurū credebāt, nos factū credimus. Et præterea etiā nūc qñ vnus est status fidei, non datur eadem lex pueris & viris perfectis, & inter perfectos viros non eadem lex datur religiosis, & clericis secularibus & laicis. Nam religio tenentur ad consilia, ad quæ clerici seculares non tenentur: qui etiam ligantur aliquibus regulis & legibus, ad quæ laici non tenentur, sicut seruare continentiam, dicere diuinū officium, & alia. Item & laici perfecti viri tenentur ad quædam alia, ad quæ pueri non tenentur. Non ergo ex vnitāte vel identitate fidei potest argui vnitās legis. Queritur etiam. 26. Vtrum lex noua sit scripta vel indita mentibus? Quidam enim dicunt eam esse legem scriptam. Quod probant: quia lex noua est ipsum euangelium, sumēdo euangelium pro doctrina Christi & apostolorum, sed euangelium est scriptum. Dicitur enim Ioann. 20. hæc scripta sunt, vt credatis, ergo lex noua est lex scripta. Secundū, quia lex indita, est lex naturæ, secundum illud Pauli ad Roma. capitulo secundo. Naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, qui habent opus legis scriptum in cordibus suis. Si igitur lex euangelij esset lex indita, non differret à lege naturæ. Item tertio, quia lex noua est eorum tantum, qui sunt in statu noui testamenti: sed lex indita communis est his, qui sunt in nouo testamento, & his qui sunt in veteri. Vnde & Sapient. septimo. dicitur, quod diuina sapientia per nationes in animas sanctas se transfert Dei & prophetas constituit. Ex quibus videtur, quod lex noua non sit lex indita, sed scripta. Sed contra hoc est præmissa auctoritas Hieremias, in qua dicitur, Dabo legem meam in visceribus eorum. Quod Apostolus exponens ad Hebræ. octauo dicit, quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel, dando leges meas in mentem eorum, & in corda eorum subscribam eas. Et sequitur. Et non docebit vnusquisq; fratrem suum, dicens. Cognosce dominum: quoniam omnes scient me à minore vsq; ad maiorem. Ex quibus patet, quod lex noua est lex indita, & non scripta. Ad cuius euidētiam primō supponitur, quod vnaquæque res illud dicitur esse, quod in ea potissimum est. Vnde & quod statuant & iubent primores ciuitatis, tota ciuitas dicitur statuere, vt Aristoteles dicit lib. 9. ethicorum. Et quia in homine potissima pars est intellectualis portio, ideo intellectus ibidem dicitur esse totus homo. Secundō supponitur, quod potissimum in lege noui testamenti, & in quo tota virtus cōsistit, est gratia Spūs sancti, quæ datur fidelibus Christi. Probatur hoc auctoritate Apostoli ad Rom. 3. dicitis, Vbi est gloriatio tuā? Exclusa est, Per quam legē factorū nō, sed

sed per legē fidei. Vbi ipsam gratiam fidei, legem appellat. Et expressius ad Rom. 8. dicit, Lex spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis. his suppositis, ponuntur tres conclusiones. Prima conclusio est. Lex noua quantum ad id quod in ea potissimum est, indita est, non scripta. Secunda conclusio. Lex noua, accipiendo legem nouam pro doctrina Christi & apostolorum, scripta est, & non indita. Tertia conclusio, est lex naturæ. Prima conclusio probatur. Quoniam lex noua quantum ad id quod in ea potissimum est, est ipsa agendorum, & vitandorum, ergo assertur quæ vel non est sine gratia, vel est ipsa gratia quæ datur fidelibus. Gratia autem & charitas in corde infunditur, iuxta illud Apostoli ad Romanos quinto dicitis. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Charitas autem aut idem quod gratia est, aut sine gratia esse non potest. Et confirmatur auctoritate Augustini in libro. De Spiritu & litera. dicitis, quod sicut lex factorum scripta fuit in tabulis lapideis: ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium. Et alibi dicit in eodem libro. Quæ sunt leges Dei ab ipso Deo scriptæ in cordibus, nisi ipsa præsentia Spiritus sancti? Hæc ille. Ex quibus omnibus patet propositum. Pro confirmatione secundæ conclusionis supponendum est, quod lex noua habet quædam, quæ sunt dispositiua ad gratiam Spiritus sancti, & ad vsum huius gratiæ pertinentia, quæ sunt quasi secundaria in lege noua, de quibus oportuit fideles instrui verbis & scriptis Christi & apostolorum. Vnde in scriptura euangelij non continentur nisi illa, quæ pertinent ad gratiam, vel sicut dispositiua, vel sicut ordinatiua ad vsum huius gratiæ. Sicut dispositiua quidem quantum ad intellectum per fidem, per quam datur Spiritus sancti gratia continentur in euangelio ea quæ pertinent ad manifestandam diuinitatem vel humanitatem Christi. Secundum affectum verò continentur in euangelio ea quæ pertinent ad contemptum mundi, per quem quandoque impeditur homo à gratiæ consecutione. Mundus enim, id est, amator mundi, non potest capere Spiritum sanctum, vt dicitur Ioann. decimo quarto. Huius verò gratiæ vsum est in operibus virtutum, ad quæ multipliciter scriptura noui testamenti hortatur homines, quandoque quidem per exempla, quandoque per virtutis commendationem, quandoque per vitij reprehensionem. Quibus suppositis conclusio probatur sic. Illa quæ disponunt ad gratiam vel ad vsum gratiæ secundariō pertinent ad legem nouam, sed huiusmodi continentur in doctrina Christi & apostolorum, vt ex dictis patet, ergo lex noua quantum ad ea, quæ sunt secundum

daria in ea est lex scripta & non indita. Tertia conclusio probatur sic. Quod enim est inditum naturæ secundum se & omnibus inditum, non eodem modo inditum est, sicut quod est natura superadditum & paucioribus inditum: sed huiusmodi sunt lex naturæ & lex euangelica: ergo non eodem modo indita sunt. Probatur minor. Aliquid enim potest esse inditum homini dupliciter. Vno modo pertinens ad naturam humanam & sic lex naturalis, est lex indita homini. Alio modo est aliquid inditum homini quasi naturæ superadditum per donum gratiæ, & hoc modo lex noua est indita homini, per quam nō solum instruitur de his quæ faciendæ sunt, verum etiam ad ea explenda adiuuatur. Patet ergo, quomodo lex naturæ, & lex noua indita esse dicuntur. Ex præmissis inferuntur aliquæ propositiones corollariæ. Prima est. Lex noua, sumendo legem nouam pro gratia ipsa iustificat. Patet auctoritate Augustini in lib. De spiritu & litera. dicitis. In veteri testamento lex extrinsecus est posita, qua iusti terreterentur, hic scilicet in nouo testamento intrinsecus data est, qua iustificatur. Secunda propositio est. Lex noua quātum ad id quod pertinet ad eam secundariō, scilicet, documenta fidei & præcepta ordinatiua effectum humanum & humanos actus non iustificat. Probatur auctoritate Apostoli. 2. ad Corinth. 3. dicitis, Litera occidit Spiritus autem viuificat. Quod Augustinus exponens in lib. De spiritu & litera. dicit, quod per litteram intelligitur quælibet littera extra homines exiens etiam moralium præceptorum, qualia continentur in euangelio. Vnde etiam littera euāgelij occideret, nisi adesset interior gratia fidei faciens. Hæc ipse. Tertia propositio est. Sine lege noua primo modo dicta nunquam potuit esse salus. Non enim sit remissio peccatorū nisi per gratiam & fidem Christi. Vnde Augustinus dicit ad Opratum epistola. 93. Illa fides sana est, qua credimus nullum hominem sine maioris, siue parue ætatis liberari à contagione mortis & obligatione peccati, nisi per vnum mediatorem Dei & hominem Iesum Christum, cuius hominis eiusdemque Dei saluberrima fide etiam illi iusti salui facti sunt, qui priusquam veniret in carne, crediderunt in carne venturum, eadem enim fides est & nostra & illorum. Et idem dixit in libr. De correctione & gratia. Et Gregorius super Ezechiel. Homil. decima septima. Quarta propositio est. Sine lege noua secundum modo dicta potuit aliquando esse salus. Patet. Abel enim, Enoc, Noe, Abraham, & alij patres in lege naturæ salui facti sunt per fidē, vt Apostolus dicit Hebræ. 11. Et tamen legē nouam professi nō sunt. Et idē iudiciū est de Moyse, Ioseph, David, Samuele, & alijs

qui sub lege scripta fuerunt. Quinta propositio est. Post diuulgatam legem nouam, nulli sine ea salus esse potest. Patet. Dicitur enim Mar. vltimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. De quo adhuc libro tertio dicitur. Ad argumēta verò probantia legem nouam esse scriptam & non inditam, dicendum est ad primum, quòd lex noua, sumendo legem pro gratia, indita est: sed sumendo legem pro euangelio, scripta est, & non indita. Ad secundum dicendum, quòd lex noua, non est eodem modo indita, sicut lex naturæ, vt dictum est in declaratione tertie cõclusionis. Ad tertium dicendum, quòd nullus vnquam habuit gratiam, nisi per fidem Christi explicitam, vel implicitam. Per fidem autem Christi pertinet homo ad nouum testamentum. Vnde quibuscunq; fuit lex gratiæ indita, secundum hoc ad nouum testamentum pertinebant. Vnde dicimus verè, quòd dictum est in declaratione tertie cõclusionis. Ad quartum dicendum, quòd nullus vnquam habuit gratiam, nisi per fidem Christi explicitam, vel implicitam. Per fidem autem Christi pertinet homo ad nouum testamentum. Vnde quibuscunq; fuit lex gratiæ indita, secundum hoc ad nouum testamentum pertinebant. Vnde dicimus verè, quòd dictum est in declaratione tertie cõclusionis. Ad quartum dicendum, quòd nullus vnquam habuit gratiam, nisi per fidem Christi explicitam, vel implicitam. Per fidem autem Christi pertinet homo ad nouum testamentum. Vnde quibuscunq; fuit lex gratiæ indita, secundum hoc ad nouum testamentum pertinebant. Vnde dicimus verè, quòd dictum est in declaratione tertie cõclusionis.

bus vno modo. Quidam enim dicunt, quòd Christus legem impleuit, quia moralibus præceptis consilia apposuit, & præcepta magis elucidauit, sed & figuris ceremonialium veritatē apposuit, & eam seipso suscepit. Sic dicit sanctus Tho. libr. 4. sententiarum. distin. 1. art. pe. quæstio. 2. ad primum, quòd quidam quasi exponentes dicunt, quòd in lege quædam erant per modum promissi obseruantibus legem, & vtraque impleuit Christus, & lex noua ab eo data. De præceptis patet. Nam impleuit moralia, ea obseruando perfecte, & ad obseruationem eorum alios incitando. Vnde Matt. 19. dicit, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Secundò ea impleuit, sanum intellectum eorum declarando, & errore Phariseorū circa hoc excludendo. Tertio ea impleuit, consilia apponendo, quæ faciunt ad perfectiorē mandatorū obseruationem. Perfectus enim impleuit hoc mandatum. Nō occides, Qui nō irascitur fratri, quā qui nō occidit actū. Præcepta etiā iudicialia impleuit Christus, eorū rigore per misericordiā temperando, in quibusdā per seipsum, vt est illud, Volenti tecum in iudicio cōtendere, & tunicā tollere, da ei & palliū. Matt. 5. Et illud: Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos. In alijs verò dimisit tēperamētū ministris suis, sicut, prælati ecclesiasticis, & principibus terrenis catholicis, vt dicit talibus ordinat secundū quod viderint expedire communitati fidelium. Et illud nō fuit destruere legem sed magis implere: sicut nō destruitur puer quādo fit vir. Licet enim trāseat pueritia, tñ remanet melior status eiusdē personæ, mutata ætate. Impleuit etiā Christus præcepta ceremonialia: assumpsit enim circūcisionē in seipso, & baptisimū instituit, qui circūcisione melior, vtilior, & cōmunior est. Licet autē corporale vnctiōnē non acceperit in regē vel sacerdotē, vnctus tamē est spiritualiter à patre, iuxta illud, Vnxit te Deus tuus &c. Psal. 44. Impleuit etiā sacrificia: nā agnū paschalem cū discipulis cōmedit. Matth. 16. & iuge sacrificiū obtulit, cū pro nobis in cruce pepēdit, & cū Eucharistiā instituit, quæ pro viujs & defunctis quotidie offertur. Impleuit etiā obseruantias de cibis in lege prohibitis, abstinēdo ab spiritualibus immunditijs, quæ per cibos prohibitos signabantur. Dimisit etiā facultatē ministris ecclesiæ de aliquibus abstinentijs faciendis pro loco & tēpore. Secundò, vt dicūt, impleuit Christus legē quātū ad promissā. Nā seruātibus legē veterē, promittebātur terrena bona, vt patet Deut. 28. seruātibus tñ euāgeliū promittitur bona spūalia & æterna. vt Matth. 19. Oīs q̄ reliquerit domū, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios propter nomen meum, centuplum accipiet in præsentī, & præter hæc recipiet vitā æternā in futuro. Impleuit etiā Christus

Christus prophetas, qui principaliter de aduentu eius locuti sunt, nascendo, conuersando in mundo, moriendo, & resurgendo, & alia opera nostre salutis faciendo, Propterea imminente passione dixit, Oportet impleri ea, quæ scripta sunt in lege & prophetis & Psalmis de me. Luca, vigesimo quarto. Ex quibus patet, per quem modum Christus legem impleuit, & per consequens quomodo lex noua est impletua veteris. Sic dixit Nicolaus in postilla Matthæi quinto, Licet autem eius dicta firmiter veritatem habeant de impletione præceptorum moralium promissorum & prophetarum, tamen nullo modo videtur verum, quòd lex noua impleat veterem quod ad præcepta ceremonialia & iudicialia. Nam, sicut dictum est, lex illa non videtur esse impletua alteri, quæ illam reuocat, & ei repugnat: huiusmodi autem est lex noua euangelica respectu veteris, quantum ad præcepta ceremonialia, & iudicialia: non ergo quantum ad hæc præcepta dicitur eam implere. Ideo aliter potest dici, quòd legem implere potest dupliciter contingere. Vno modo faciendo quod in ea iubetur. Alio modo exhibendo quod in ea promittitur. Vnde Augustinus contra Faustum, Impletur inquit lex, cum sunt ea, quæ ibi præcepta sunt, vel cum exhibentur quæ sunt prophetata. Similiter dicitur lex dupliciter solui, vel cum præcepta non implentur, vel cum promissa non exhibentur. Illud autem quod in lege promittitur, principale est, propter quod præcepta dantur. Sicut autem quod est principale in re dicitur tota res. vt scribitur libro nono Ethico rum. ita cum principale in re destruitur, res dicitur destrui, cum autem impletur dicitur impleri. Christus autem erat promissus in lege. Vnde cū se exhibuit nascendo, conuersando, moriēdo, impleuit quod promiserat, & de eo prophetatū fuerat. Esai. 7. Mich. quinto. Baruch. 3. Esai. 53. Esai. enim septimo. fuerat prophetatū. Ecce virgo concipiet & pariet filium &c. Quod in Christi natali impletum est. Mich. vero. 5. etiam locus natiuitatis eius est assignatus, cum dicitur. Et tu Bethlehē & Ephrata nequaquā minima es in principibus Iudæ. Ex te enim exiet, qui regat populum meum, egressus eius a diebus æternitatis. Quod est in Christi natiuitate impletum, qui natus est in Bethlehē Iudæ, vt apparet Matthæi secundo. & Luca secundo. Christi verò conuersatio per Baruch prophetata est, cū dicitur. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Baruch tertio. Quod Christus impleuit cum hominibus conuersando. Quæ verò ad passionem pertinent Esai. manifeste proloquitur, dicens, Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et vltius, Oblatus est, quia ipse voluit

Et tanquam agnus coram tondente se obmutuit. Esai. 53. vbi multa alia ad propositum ponuntur, quæ sunt in Christi passione impleta. Fuit autem conueniens quòd Christus Iudæis reuelauerit se implese promissā legis propter multa. Primò vt se Christum esse ostenderet Messiam in lege promissum. Secundò vt Iudæi sequerentur eum, cogito quòd Messias esset. Tertio, vt ei obedirent, & consentirent legis mutationi. Sciebant enim quòd Christus verax esset, & quicquid docuisset, esset veritatis forma. Vnde per istum modum exhibendo scilicet seipsum in lege promissum Christus legem impleuit, & lex noua dicitur esse veteris impletua. Non enim dicendum, est quòd Christus venerit, & natus sit vt legem seruaret ad literam. Primò quidem, quia nullus nascitur ad hoc vt legem impleat: quia lex non est finis alius hominis, sed ipsa ordinatur ad finem, vt eam seruantes, iusti fiant. Item si aliquis ad hoc natus esset vt legem seruaret, hoc competere omnibus Iudæis sub lege natis, & non esset Christo speciale: ipse autem dicit, quòd peculiare & speciale sibi quòd venit implere legem, & quòd non præteribit apex neque iota à lege, donec omnia fiant. Quòd autem Christus legem non seruauerit ad literam, manifestum est. Mandauit enim, quòd curatus ab eo grabbatum Sabbato portaret. Ioannis quinto. Prohibuit etiam dare bellum repudij, Matthæi. decimo nono. quem tamen lex dari permittebat. Prohibuit etiam dari ad vsuram. Luca. sexto. quod tamē permissum erat in lege, Deuteronomij. decimo quinto. vigesimo tertio. & vigesimo octauo. Licet etiam secundum legem prosequi inimicitias in capitulo tertio. quinto & tamen ipse prohibuit, dicens, Diligite inimicos vestros, & benefacite his qui oderunt vos, Matthæi quinto. Non ergo intelligit quòd veniebat legem implere quantum ad præcepta, sed quòd non veniebat euacuare promissā legis. Hic autem intellectus literæ concordat, in qua dicitur, Non veni soluere legem, aut prophetas. Si enim intellexisset de solutione legis quantum ad præcepta, dixisset, Non veni soluere legem, & non addidisset, aut prophetas. In lege enim continentur præcepta, in prophetis autē promissiones, quæ implētur, cū promissā exhibētur. Itē in eodem loco subiungit, donec transeat cælū & terra iota vnū, aut apex nō præteribit à lege donec omnia fiant. Hoc autē necesse est intelligi de impletione promissorum, non autem præceptorum: omnia enim præcepta implebātur quotidie à Iudæis. Et confirmatur iste intellectus ex verbis Christi Luca. 24. dicens, Necesse est impleri omnia quæ dicta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Impletionem posuit pro ex-

hibitione & completionem promissorum, non pro obseruatione preceptorum. Ad argumētum in oppositum dicendum est. Ad primum, quod Christus contra legem egit quantum ad præcepta cæremonialia & iudicialia: unde & quantum ad hoc eam non impleuit, impleuit tamen eam, exhibendo seipsum in lege promissum. Ad secundum dicendum, quod sicut Augustinus dicit contra Faustum, præcepta Domini non sunt contraria præceptis legis. Quod enim Dominus præcepit de vxore non dimittenda, non est contrariū ei quod lex præcepit. Nam lex non dicit, Qui uoluerit, dimittat vxorem: sed nolebat vxorem dimitti à viro. Quod ex eo patet, quia interposuit moram, vt in disidium animus præcepti libelli conscriptione refractus abisteret. Vnde Dominus ad hoc confirmandum vt non facile vxor dimittatur, solam fornicationis causam excepit. Et similiter est dicendum de prohibitione iuramenti, & de prohibitione talionis. Taxauit enim modum vindictæ, vt non procederetur ad immoderatam vindictam, à qua Dominus perfectius remouit: cum ab ira & vindicta monuit abstinere: circa odium verò inimicorum remouit fallum Pharisæorum intellectum, docens nos ita sentire debere, vt culpa habeatur odio, non persona. Ad tertium dicendum, quod lex noua ideo euacuat cæremonias legis, quia figura erant Christi venturi, quo nato in carne, & passo pro nostra redemptione, non decebat cæremonias obseruari. Ad quartum dicendum, quod sicut postea dicitur copiosius, præcepta iudicialia & cæremonialia cessauerunt post passionem Christi, & propterea non oportuit in lege noua eorum obseruationem commendare. ¶ Quæritur consequenter, 29. Qualiter præcepta legis distinguantur. Ad cuius distinctionis introductionem supponendum est, quod in lege aliqua ponuntur tanquam præcepta, & aliqua tanquam ordinantia ad eorum impletionem. Præcepta quædam dantur de his quæ sunt agenda, ad quorum impletionem ex duobus homo inducitur, scilicet ex autoritate præcipientis, & ex utilitate impletionis, quæ quidem utilitas est consequentis alicuius boni vtilis, delectabilis, vel honesti, vel fuga mali contrarij. In veteriigitur lege quædam proponuntur, quæ autoritate Dei præcipientis indicant. Sicut est illud, Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est. Deuteronomio sexto. Et huiusmodi dicuntur testimonia. Oportuit etiam in lege proponi præmia obseruantibus legem, & penas transgredientibus. Sicut est illud, Si audieris vocem Domini Dei tui, faciet te excelsum in cunctis gentibus. Deuteronomio 28. Et multa alia huiusmodi sunt. Et huiusmodi dicuntur in iustificationes, secundum

quod Deus aliquos iuste præmiat, vel punit. Aggreda verò non cadunt sub præcepto, nisi in quantum habent aliquam rationem debiti. Est autem duplex debitum. Vnum quidem secundum legem rationis. Aliud autem secundum legem positiuam. Vnde & Philosophus libro quinto Ethicorum distinguit duplex iustum, scilicet, naturale & legitimum. Debitum autem naturale siue morale est duplex. Dicitur enim ratio aliquid faciendum tanquam necessarium, sine quo non potest seruari ordo virtutis, & secundum hoc dantur præcepta Decalogi, quæ dicuntur moralia, vel naturalia. Quædam verò sunt non necessaria, sed vtilia ad hoc vt seruetur ordo virtutis. vt est illud. Si pignus acceperit vestimentum à proximo tuo, ante solis occasum reddas. Exodi. vigesimo secundo. Et talia proprie dicuntur mandata, & prima verò dicuntur præcepta. Iustum autem, quod est ex legis determinatione, est duplex. Nam aut pertinet ad res diuinas, & quantum ad hoc dantur præcepta iudicialia. Quod autem lex diuina continere debuit præcepta moralia, sic probatur. Lex enim diuina instituta est ad conciliandam inter homines amicitiam. Ad amicitiam exigitur similitudo. Vnde & Ecclesia. capitulo decimo tertio. dicitur. Omne animal diligit sibi simile. Deus autem bonus est: ergo conueniens fuit dari præcepta aliqua de actibus virtutum, per quæ homines boni fierent. Virtus enim habentem bonum facit, vt dicitur secundum Ethicorum. Vnde & Leuit. 19. dicitur, Sancti eritis, quonia ego sanctus sum. Et huiusmodi præcepta quia ad mores ordinant, dicuntur moralia: & quia à natura indita sunt, dicuntur naturalia. Ex quo patet, quod lex vetus præsupponit legem naturam, sicut gratia naturam supponit, & non est aliena ab ea. Ideo autem præcepta etiam naturalia lege positua diuina traduntur, quia propter peccata di consuetudine aliquorum tantum errauit, quæ ea, quæ de se illicita sunt, licita iudicauit. Sicut & in credentes non solum proponuntur nobis ea, quæ excedunt naturalem rationem, sicut est, Deum esse trinum, sed etiam quæ ratione naturali capi possunt. vt est, Deum esse vnum. Fuit etiam conueniens in lege poni præcepta cæremonialia. Quia enim finis diuina legis est ordinare homines in Deo, quod non solum fit per actus interiores, sed etiam exteriores: præcepta ordinantia huiusmodi exteriora, præcepta actus dicuntur cæremonialia. Cæremonialia autem dicuntur, id est, dona Cærenis, eo quod Cæreni deæ primò ex fructibus oblatiōis ab antiquis offerebantur. Distinguitur autem præcepta hæc à moralibus, tanquam ab his, quibus additur, & quæ præsupponunt. Licet enim iure naturali traditum sit Deum esse colendum, non tamen determinatus modus colendi traditus erat, sed lex diuina per sensibilia quædam

hoc

hoc instituit, & ritum colendi Deum tradidit: quia humanus animus per sensibilia manuducitur ad cognitionem diuinorum. Fuit etiam conueniens iudicialia præcepta proponi: quia ad legem diuinam non solum pertinet ordinare homines ad Deum, sed etiam inter se: quia nisi inter se ordinati sint, ad Deum ordinari non potest. Vnde & iudicialia præcepta conueniunt quidem in duobus cum cæremonialibus, & in vno differunt. Primò quidem conueniunt: quia vtræque præsupponit legem naturam. Secundò, quia determinat & specificant illam. Sed in hoc differunt, quod præcepta cæremonialia specificant ius naturam in pertinentibus ad res humanas. Sunt ergo, vt in summa dicamus, in lege testamentaria, iustificationes, præcepta moralia & mandata: item cæremonia que iudicia. ¶ Quæritur deinceps, 30. qualiter præcepta legis subdividantur. Pro cuius quæstionis enucleatione sciendum est, quod præcepta moralia, scilicet, iudicialia, & cæremonialia non eodem modo se habent, ideo de eorum subdivisione dicendum est. Et primò dicitur de moralibus præceptis. Secundò de cæremonialibus. Et tertio de iudicialibus. Circa moralia præcepta sciendum est, quod etiam si nunquam lege statuuntur, ex ipso dictamine naturalis rationis efficaciam habent. Quorum triplex est gradus. Quædam enim sunt communissima ad eam manifesta, quod editione non egent, vt sunt hæc, Bonum est agendum, Malum est vitandum, in quibus nullus potest errare rationis capax. Quædam verò sunt magis determinata, quorum rationem statim quilibet etiam indoctus de facili videre potest, & tamen circa huiusmodi contingit humanum iudicium perverti, editione egent, & hæc sunt decem præcepta Decalogi Exodi. 20. conscripta. Quædam verò sunt, quorum ratio non omnibus, sed solis sapientibus est manifesta. Et hæc sunt præcepta moralia superaddita Decalogo, tradita à Deo per Moysen, quæ reducuntur ad præcepta Decalogi per modum cuiusdam additionis ad ipsa. Nam primo præcepto Decalogi prohibetur cultus deorum alienorum, cui superadduntur præcepta prohibitiua eorum, quæ ordinantur in cultum idolorum. Vnde Deuteronomio. 18. scribitur, Non inueniatur in te, qui iustret sibi sumum, aut filiam suam, Ducens per ignem: nec sit maleficus atque incantator, neque pythones consulat neque diuinos, & querat à mortuis veritatem. Secundò præcepto prohibetur perniurium, cui superadditur prohibitio blasphemie Leuit. decimo quarto. & prohibitio falsa doctrina Deuteronomio. decimo tertio. Tertio verò præcepto superadduntur multa præcepta cæremonialia. Quarto præcepto de honore parentum, superadditur de honoratio

ne senum, iuxta illud Leuit. 19. Coram cano capite conurge, & honora personam senis. Et vniuersaliter omnia præcepta inducentia ad reuerentiam exhibendam maioribus. Quinto præcepto, quod est de prohibitione homicidij, additur prohibitio odij, iuxta illud, Non stabis contra sanguinem proximi tui. Leuit. 19. Et illud. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. Sexto verò præcepto de prohibitione adulterij, superadditur præceptum de prohibitione meretricij, secundum illud, Non erit meretrix de filiabus Israel. Deuteronomio. 24. Et iterum prohibitio vitij contra naturam, secundum illud, Cum masculo non commisceberis. Cum omni pecore non coibis. Leuit. decimo octavo. Septimo autem præcepto de prohibitione furti, adiungitur præceptum de prohibitione furti vsuræ, secundum illud, Non foverabis fratri tuo ad vsuram. Deuteronomio. 18. & prohibitio fraudis, secundum illud, Non habebis in saculo diuersa pondera. Deuteronomio. 25. Et vniuersaliter omnia, quæ ad prohibitionem calumnie & rapinae pertinent. Octauo verò præcepto, quo prohibetur falsum testimonium, additur prohibitio falsi iudicij, secundum illud, Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt a veritate deuias. Exod. 23. Et prohibitio mendacij. Sicut ibi subditur, Mendacium fugies. Et prohibitio de tractionis, secundum illud Leuitici. decimo nono. Non eris criminator & salsarro in populis. Alijs duobus præceptis nihil additur: quia per ea vniuersaliter omnia mala concupiscentia prohibetur. Conueniunt autem hæc præcepta superaddita cum cæremonialibus & iudicialibus, quia & hæc & illa superadduntur præceptis moralibus. Sed in hoc differunt, quia præcepta superaddita, de quibus dictum est, ex instinctu rationis adduntur: præcepta verò cæremonialia & iudicialia superadduntur ex diuina institutione. Circa cæremonialia verò præcepta sciendum est, quod cum illa ordinantur ad cultum Dei, in ipso cultu considerati possunt, ipse autem cultus consistit specialiter in sacrificijs, quæ Iudæi ob reuerentiam offerunt. Et ideo inter cæremonias legis præcipue computantur sacrificia, per quæ animalia quadrupedalia, & volatilia, panis, vinum, oleum, thus, & sal, & alia quædam Deo offerebantur. Instrumenta autem colendi, ad sacramenta pertinent, sicut est Tabernaculum, vel templum in lege veteri institutum, & vela tabernaculi vel templi distinctiua, imagines cherubin sculptæ, & arca, propiciatorium, candelabrum, & mensa, & duplex altare, cortina, saga ciliciana, pelles arietum rubricata, & pelles hyacinthinæ, quæ erant tegumenta tabernaculi. Ad sacra etiam pertinent dies festi, sicut sunt neomeniæ, festa

Phase, propiciationes tabernaculorum, Sabbatū, & omnes dies festi in lege instituti. Ex parte autē colentium duo possunt considerari, scilicet eorū institutio ad diuinum cultum, quod fit per quamdam consecrationem vel populū, vel ministrorū: & ad hoc pertinent sacramenta legis, cuiusmodi est Circuncisio, agni paschalis comestio, purificatio eorum, qui tangebāt mortuum vel leprosum. Item & sacerdotis vitula ruffa. Item & purificatio domus leprosa, & rasio pilorum, lauatō sacerdotum, qui erant ingressuri tabernaculum. Item absterisio Leuitarum, Lustratio, vnctio corporalis, & oblationes maiorum & minorum sacerdotum vt habetur Leuit. 8. & Leuitarum, vt habetur. Numer. 8. Ad quod etiam pertinent specialia vestimenta, quæ deputabantur sacerdotibus maioribus & minoribus. De quibus habetur. Exod. 28. Ad quod etiam pertinet quod Leuit. 21. prohibetur aliquis à sacerdotio, si habuerit maculam, si fuerit cæcus, vel claudus, vel habuerit alios corporales defectus: omnia enim hæc pertinent ad sacramenta legis. Potest item considerari ex parte colentium singularis eorum conuersatio, per quam distinguuntur ab ijs, qui Deum non colunt. Et ad hoc pertinent cæremoniæ, quæ vocantur obseruantie, cuius modi sunt, prohibitio ab esu quorūdam animalium & volatiliū, & terrestrium, & aquatiliū. De quibus habetur Leuit. 11. Item prohibitio esus sanguinis aut adipis, & prohibitio de coctionis hædi lactis matris suæ, sicut habetur Exod. 23. Et prohibitio esus primorum fructuum, qui nascuntur ex arbore, sicut habetur Leuit. 19. Ad hoc etiam pertinet quod dicitur eodem capite. Vestem, quæ ex duobus texta est, non indueris. Et Deuter. 22. Non induetur mulier veste virili, & vir non induetur veste fornicea. Et infra, Nō indueris vestimento, quod ex lana linoque contextum est. Ad hoc etiam pertinet, quod præcipitur Deuterono. 6. quod Iudæi ligarent præcepta Dei in manu sua, & quod scriberentur in limine ostiorum, & per angulos palliorum facerent fimbrias, in quibus ponerent vittas hyacinthinas in memoriam mandatorum Dei, vt habetur Numer. 15. Ad hoc etiam pertinet, quod Dominus prohibet Deuter. 22. dicens, Si ambulaueris per viam, & inueneris nidum auis, non tenebis matrem cum filijs. Et Deuter. 15. Non alligabis os bouis triturantis. Et Leuit. 19. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus. Ad hoc etiam pertinet, quod Leuit. 19. dicitur. Agrum non feres diuerso semine. Et Deuter. 22. Non feres vineam tuam altero semine, & non arabis in boue simul & asino. Ad hoc pertinet prohibitio ab auro & argento, & quibus fabricata sunt idola, & ab alijs, quæ in idolorum domibus inveniuntur, sicut ha-

betur Deuter. 7. Et quod egressiones humo operirentur. Deuter. 23. Ad hoc etiam pertinet quod sacerdotibus prohibetur amicorum funeribus interesse, & accipere meretricem in vxorem, sicut habetur Leuit. 21. Sunt ergo cæremoniæ legis quatuor differentie. Quia aut sunt sacramenta, vel obseruantie. Circa iudicialia verò præcepta similitè dicendum est. Cum enim lex sit quædam regula & ars humanæ vitæ instituendæ vel ordinandæ, sicut in quacunq̃ arte est certa distinctio regularum artis: ita in quacunq̃ arte est certa distinctio præceptorum legis: alias enim confusio præceptorum vtilitatē legis excluderet. Et ideo dicendum est, quod præcepta iudicialia, per quæ ordinantur homines inter se, distinctiōem habent secundum distinctionem humanæ ordinationis. Quadruplex autem ordo in aliquo populo inueniri potest, scilicet, principum populū ad subditos, subditorum inter se, & eorum qui sunt de populo ad extraneos: item quartus ad domesticos, sicut patris ad filium, vxoris ad virum, & domini ad seruum. Et secundum hos ordines distinguuntur præcepta iudicialia veteris legis. Quædam enim præcepta dantur de institutione principum & officiorum. Et hæc est vna pars iudicialium præceptorum, sicut est illud, Provide de omni plebe viros sapientes. &c. Exod. 18. Et illud. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel. Numer. 11. Et illud. Non accipietis munera quæ excæcant etiam prudentes, & subuertunt verba iustorū. Exod. 23. Et illud. Hoc erit ius regis, qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet. &c. 1. Regū. 8. Quædam etiam præcepta dantur in lege pertinentia ad communicationem inter ciues, vt puta, emptiones & venditiones, iudicia & poenas, & huiusmodi. Et hæc est secunda pars iudicialium præceptorum, cuiusmodi est illud. Ingressus vineam proximū tuū comede vvas quantum tibi placuerit. Deuter. 23. Et illud. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. Numer. 27. Ad hoc etiam pertinet, quod Dominus mandauit, quod possessio vendita reuertetur ad venditorem quinquagesimo anno Iubilei, vt patet Leuit. 25. Et illud. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est. Deuter. 15. Et illud. Si præsentē Domino animal mutuarū mortuum fuerit; reddere non tenetur qui accepit. Exod. 22. Et illud. Cum repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domū eius, vt pignus auferas. Et iterum. Non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei. Deuter. 24. Ad hoc etiam pertinet, quod Exod. 22. dicitur quod in amissione depositi statim iuramento eius apud quem depositum est. Et illud. Non morabitur

opus mercenarij tui apud te vsque mane. Leuit. 19. Et quod mandatur in lege Deuterono. 17. quod darent ad vnum locum expetitur iudicium de dubijs suis. Et quod Deuter. 19. dicitur. In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Ad hoc etiam pertinet, quod Exod. 22. mandatur, quod fur restituat quinque boues pro vno boue: & quatuor oues pro vna oue. Et quod lapidari mandauit Dominus eum, qui collegerat lignū in Sabbato. Nume. 15. Et eum qui comestationibus vacabat. &c. Deuter. 21. Ad hoc etiam pertinet, quod Deuter. 25. dicitur. Si eum qui peccauerit dignū viderint plagis, prosternent, & coram se facient verberare. Et quod is, qui nolebat accipere vxorem fratris sui defuncti, soluebat calcementum de pedibus suis, & expuebant in faciem eius Deuter. 25. Et quod dicitur Leuit. 20. Qui maledixerit patri suo & matri suæ, morte moriatur. Et quod dicitur Exod. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Et ibidem. Bos lapidibus obruetur, qui occiderit virum aut mulierem. Et quod Leuit. 20. dicitur. Mulier, quæ succubuerit iumento cuiuslibet, simul interficiatur cum eo. Ad hoc etiam pertinet, quod Deuter. 21. mandatur, quod quando inuentum fuerit cadaver occisi hominis, & ignorabitur cædis reus, seniores propinquioris ciuitatis tollent vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & ducunt ad vallē asperam atque saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementa recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. Hæc enim & omnia talia ordinant conuersationem ciuium inter se, atque in secundo genere præceptorum iudicialium ponuntur. Quædam præcepta etiam dantur pertinentia ad extraneos puta, de bellis contra hostes, & de susceptione peregrinorum & aduenarum, & hæc pertinet ad tertiam partem iudicialium præceptorum, cuiusmodi est, quod Deuter. 23. mandatur, quod Ammonites & Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt in ecclesiam Domini in æternum. Et quod de Idumæis dicitur ibidem. Nō abominaberis dumegem, quia frater tuus est. nec Aegyptium, quia aduenasuiisti in terra eius. Et ibidem, quod eunuchus, & natus ex scorto non ingrediantur ecclesiam Domini. Et quod statuitur Exod. 22. Ad duenam non contristabis, neque affliges eum. aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti. Et. 23. Peregrino molestus non eris. Scitis enim aduenarū animas, quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Ad hoc etiam genus pertinet, quod Deuter. 23. permittitur, vt alienis ad vxoram possit mutuari. Et illud, quod Deuter. 20. mandatur, quod de ciuitatibus hostium captis omnes interficerent, & tamen arbores fructiferas non succiderent. Ad hoc etiam pertinet, quod Deu-

tero. 20. mandatur, quod imminente pralio aliqui domum remittantur, putā qui edificauit domum nouam, qui plantauit vineam, vel qui despondit vxorem, & quod formidolosi & pauidum cor habentes, à labore prælij excusabantur. Omnia em̃ hæc ordinant modum, qui cum hostibus & peregrinis erat seruandus. Quædam verò præcepta dabantur in lege ad domesticam conuersationem pertinentia, sicut de seruis, vxoribus, & filijs, & hæc est quædam pars iudicialium præceptorū. Ad hoc genus pertinet, quod Exod. 21. dicitur, quod serui septimo anno liberi ascenderent. Et quod mandatur Deuter. 23. vt non tradatur Domino seruus ab illo, ad quem confugerit. Et quod dicitur Exod. 21. quod qui percusserit seruum suum vel ancillam virga, si vno die superuixerit, nō subiacet poenæ, quia pecunia illius est. Et quod lex permisit quod venderet filiam suam in famulam vel ancillam. Et quod Deuter. 21. mandatur, quod pater ducat filium suum ad seniores ciuitatis puniendum. Ad hoc etiam pertinet, quod Deuter. 21. conceditur Iudæis, vt captiuas alienigenarum ducere possint vxores. Et Deuter. 25. mandatur quod si aliquis esset mortuus absque liberis: vxorem ipsius frater eius acciperet. Et quod Deuter. 24. permittitur, quod aliquis posset vxorē dimittere scripto libello repudij, & quod etiā vterius eam recuperare non posset. Ad hoc etiam pertinet sacrificium Zelotypi ad inuestigandum vxoris adulterium, sicut scribitur Nume. 5. Hæc enim omnia pertinent ad conuersationem domesticā, quæ est inter virum & vxorem, patrem & filium, dominum & seruum, & pertinet ad quartum genus iudicialium præceptorum. Vt ergo dicamus in summa, eorum, quæ lege præcipiuntur, hæc differentia est. Nam aut præcipiuntur mores, aut cæremoniæ, aut iudicia. Præceptorum verò, quæ de moribus sunt, quædam sunt communia, quatenus tamen omni homini intellectum habenti. Alia sunt minus communia adhuc, vt solis sapientibus manifesta. Cæremoniæ verò quædam sunt sacrificia, alia sacramenta, & alia vocantur obseruantie. Iudiciorum verò quædam sunt principis ad populam, & e contra. Quædam ciuium inter se. Quædam populū ad hostes & peregrinos. Quædam inter domesticos. Quaritur adhuc. 31. Vtrum præcepta moralia legis semper manent, & sint indispensabilia? Pro istius quæstionis declaratione est notandum, quod inter ius naturale & legitimum siue posituum hæc differentia reperitur, vt colligitur ex Aristot. lib. 5. Ethicorum, & Gratianus probat. 5. distinctio. cap. 1. & ostenditur in capitul. fina. extra. de consue. quod naturale ius immutabile est, ius autem legitimum mutabile. Cū ergo præcepta moralia de iure naturali sint, vt fit

prædictum est, præcepta verò cæremonialia & iudicialia de iure naturali habeant vim solum ex legis institutione, inde est, quod præcepta moralia immutabilia sunt, præcepta verò cæremonialia & iudicialia mutabilia sunt, imò & mutata sunt. Pro declaratione primi ponuntur aliqua propositiones. Prima est, ius naturale apud omnes idem est. Probatur hæc propositio auctoritate Isidori in cap. ius naturale. i. distinctio. dicentis. Ius naturale est commune omni nationi. Et auctoritate Aristotel. 5. lib. Ethicorum, dicentis. Ius naturale apud omnes homines idem est. Sicut ignis hic & in Persis vrit. Secunda propositio est. Quod ius naturale à corde hominis aboleri non potest. Probatur Augustini auctoritate in secundo. confel. dicentis. Lex tua scripta est in cordibus hominum, quâ nulla quidem delet iniquitas. Tertia propositio est. Quod ius naturale immutabile est. dicitur enim 5. distinctio. cap. i. Naturale ius ab exordio rationalis creaturæ est, nec variatur tempore, & immutabile permanet. Hæcibi. Quarta propositio est, quod naturale ius per legem positivam explicari potest, sed per eam deleri non potest. Secunda pars probatur. In speculativis enim ex falsitate conclusionis non falsificatur principium, ergo in practicis ex institutione legis positivæ non potest tolli naturale ius. Et confirmatur, quia consuetudo, quæ habet vim legis quantumcunque longævua & diuturna non potest auferre naturale ius. vt in cap. fin. de consuetudine. & in cap. consuetudinis. 6. distinctio. vbi sic dicitur. Consuetudinis ususque longævui non vili auctoritas est, verum non vsque adeo valitura, vt rationem vincat. Hæcibi. Ergo nec lex positivæ delere poterit naturale ius. Et præterea omnis lex primitiva derivatur à lege naturali, quæ si non concordet, lex non est. vt in ca. erit autem lex. quarta. distinctio. ergo per legem positivam lex naturalis, aut naturale ius tolli non potest. Quod autem explicari possit, patet sic. Ius enim naturale communiter disponit de rebus agendis, sed per legem positivam particulariter agenda disponunt, ergo lex positivæ explicat naturale ius. Et declaratur exemplo. Ius enim naturale dicat parentes esse venerandos, & quia contra honorem parentum quandoque opere filij peccant, inde est, quod lege positivæ humana poena imponitur Parricidis. Item inferentibus manus in parentes, & eis, qui iniuriam gravem eis fecerint, si criminaliter eos decussauerint à causa, quæ non sit aduersus Principem vel reipub. si vitæ parentum fuerint infidiati, si vxori vel concubinæ patris se immiscuerint, & multa alia, quæ continentur in anten. vt cum de ap. cog. §. causas. columna quinta. hæc enim leges componentes poenâ de honoranti parentes in hoc confirmat & expli-

eant naturale ius, quo præcipitur, vt parentes honorentur. Similiter sunt alia leges punientes diuinationes, idololatriam, auguria, & sortilegia, quæ sunt contra honorem Dei, & alia sunt punientes homicidia, adulteria, furta, & falsa testimonia, quæ omnes explicant naturale ius, & præcepta Decalogi hæc vitia prohibentia. Quinta propositio est. Sicut lex positivæ humana non potest tollere naturale ius: ita non potest illud instituire. Patet. Illud enim dicitur institui per legem positivam, quod ab ea vigorem recipit: sed ius naturale nõ recipit vigorem à lege positivæ, igitur &c. Probatur minor. Illud enim ius non recipit vigorem à lege positivæ, quod obligat ante legis editio nem: sed ius naturale obligat antequam lex positivæ, igitur, &c. Probatur minor. Quoniam naturale ius incipit ab exordio rationalis creaturæ. vt dicitur, 5. distinctio. capitulum. i. ius autem positivum non tunc incipit, sed post temporum decursum: non igitur naturale ius à lege positivæ accipit institutionem. His præmissis ponuntur tres conclusiones. Prima est. Præcepta Decalogi quia de iure naturali sunt, apud omnes obligant. Secunda conclusio est. Præcepta Decalogi antequam esset lex Moyfi, erant obligatoria. Et similiter lege abrogata, obligatoria sunt. Tertia conclusio. Præcepta Decalogi sunt indispensabilia. Prima conclusio quo ad primam partem sic probatur. Illa præcepta, quæ pertinent ad bonos mores rationi convenientes dicuntur esse de iure naturali sed huiusmodi sunt præcepta Decalogi, igitur &c. Quod autem præcepta Decalogi ad mores pertinent rationi convenientes, patet per singula discutendo. Secunda pars sic probatur. Vbi est identitas causæ obligationis in præceptis Decalogi. omnes enim homines habent dictamen rationis sicut & habent eandem naturam: ergo apud omnes homines æqualiter obligant. Secunda conclusio sic probatur. Manente causa obligationis legis, manet obligatio eius: sed antequam lex Moyfi esset instituta & etiam post eius, abrogationem manet causa obligationis præceptorum moralium, ergo ante legis institutionem & post eius abrogationem præcepta Decalogi æqualiter obligant. Minor sic probatur. Idem enim dictamen rationis est ante legem & post legem, quo ratio indicat vnum Deum esse colendum, parentes esse venerandos, furta, adulteria, homicidia, falsa testimonia esse vitanda. Tertia conclusio sic probatur. Illa præcepta sunt indispensabilia, quæ continent ipsam conservationem boni communis & ordinem iustitiæ & virtutis: sed huiusmodi sunt præcepta Decalogi, ergo sunt indispensabilia. Maior sic exponitur. In præceptis enim dispensatio fit, quoniam occurrit aliquis particularis casus, in quo si verbu

verbum legis obseruaretur, repugnaret intentioni Legislatoris, intentio autem Legislatoris ordinatur ad bonum commune, & ad ordinem iustitiæ & virtutis. Si ergo aliqua præcepta sunt, quæ continent ipsam conservationem boni communis, vel ordinem iustitiæ & virtutis, huiusmodi præcepta continent intentionem Legislatoris, & ideo indispensabilia sunt. Sicut si poneretur præceptum, quod nullus noceret reipublicæ, vel malegeret, huiusmodi præceptum esset indispensabile. Sed si aliqua præcepta darentur ordinata ad hæc, quibus determinatur aliqui speciales modi in quibus noceret reipublicæ, in talibus præceptis dispensatio posset fieri, quantum per omissionem talium præceptorum in aliquibus casibus non fieret præiudicium præceptis, quæ continent intentionem Legislatoris, puta, si ad custodiam civitatis statueretur, quod aliqui ciues vigilarent, posset cum eis dispensari propter maiorem utilitatem. Præcepta autem Decalogi continent ipsam intentionem Legislatoris Dei. Nam præcepta primæ tabulæ continent ipsam ordinem ad bonum commune, & finale est Deus. Præcepta autem secundæ tabulæ continent ipsum ordinem iustitiæ inter homines obseruandæ, vt scilicet nulli fiat indebitum, & cui libet reddatur debitum, & ideo præcepta Decalogi sunt omnino indispensabilia. Et hæc fuit sententia sancti Thomæ. prima secundæ. quæstion. 100. articulo. 8. Scotus tamen libro tertio. sententiarum distinctio. 37. dicit, quod duo præcepta primæ tabulæ sunt de lege naturæ, strictè sumendo legem naturæ. De tertio verò præcepto dubitat, vt an id quod est morale sit de lege naturæ. De præceptis verò secundæ tabulæ dicit, quod non sunt de lege naturæ strictè sumendo prout illa dicuntur esse de lege naturæ, quæ sunt prima principia nota ex terminis, vel conclusiones necessario sequentes ex eis. Sunt tamen de lege naturæ largè sumendo, quia scilicet sunt multum consona illi legi, licet non sequantur necessario ex principiis practice, quæ sunt nota omnino intellectu apprehendenti ex terminis. Sed contra sententiam tenentem præcepta omnia esse indispensable obijciuntur, primo, quia contra legem Decalogi est occisio innocens: sed Deus præcepit Abraham quod occideret filium suum innocẽtem vt habetur Gen. 22. ergo præcepta Decalogi mutabilia & dispensabilia sunt. Secundo, quia contra præcepta Decalogi est furta, & tamẽ Deus præcepit Iudeis, vt mutata ab Aegyptijs vala furarent, vt habetur Exod. 12. Tertio, quia fornicatio est in Decalogo prohibita est, & tamẽ Deus præcepit Osee, vt acciperet mulierem fornicariã & ex ea faceret filios fornicationum. Osee. 1. Vnde patet, præcepta Decalogi mutabilia, & dispens-

fabilia esse. Quarto adhuc, quia obseruatio sabbati continetur inter præcepta Decalogi, sed in hoc præcepto, fuit dispensatum. Dicitur enim Machabeorum. 2. Et cogitauerunt in die illa dicentes. Omnis homo qui venerit ad nos in bello in die sabbatorum, pugnemus aduersus eum. Et præter ea hodie non solum non tenemur obseruare sabbatum, sed etiam si quis obseruaret, diceretur iudicare. vt in cap. peruenit de consens. distinctio. 3. Ergo saltem hoc præceptum mutabile erat, & mutatum fuit. Quinto, Sicut se habet homo ad legem humanam, ita se habet Deus ad legem diuinitus datam: sed homo dispensare potest in lege quam tulit, vel ipse, vel alius habens potestatem, vt in cap. innotuit. de elect. & in cap. non debet. de consens. & affi. cum alijs. ergo cum præcepta Decalogi à Deo sint instituta, videtur quod saltem Deus in eis possit dispensare. Et vterius, cum prælati, & præsertim Papa vice Dei fungatur in terris videtur, quod in præceptis Decalogi possit dispensare. Ad primum horum quidam dicunt, quod Deus non iussit Isaac innocẽtem occidi ea intentione vt innocens occideretur, sed vt fides & obedientia Abraham probaretur. Cuius signum est, quod probata eius obedientia, prohibitus est extirpare manum suam in puerum. vt dicitur Gen. 23. Vnde contra præceptum de occisione innocens dispensasse non est dicendus. Alij dicunt, quod præcepto Decalogi non prohibetur quæcunque occisio, sed iniusta, & indebita. Augustinus dicit in 1. lib. De libero arbitrio, & in epistola ad Publicolanum. & late tractatur. 23. quæstio. 5. Alias enim iudices, qui malefactores occidunt, contra præceptum Dei agerent, quod absurdum est. Deus autem actor est vitæ & mortis. vt dicitur. 1. Regum. 1. Et ideo si quis de mandato Dei aliquem occidat, homicida dicens non est. Vnde licet Abraham occidisset filium vt Deo iubenti obtemperaret, reus homicidij non haberetur, neque Deus in præcepto suo dispensare diceretur. Lex enim prohibet occisionem hominis iniustam: sed occisio facta de mandato Dei semper iusta est. Ad secundum dicendum, quod filij Israel surripientes vascula Aegyptiorum, non commiserunt furta. Tum quia vascula debebantur sibi propter seruitiũ, quod Aegyptijs fecerant, & quia non erat sibi via conueniens consequendi debitum per viam iniuriam, quæ propria auctoritate recompensationem sui debiti accipere. Tum etiam, quia iam illi sibi debitum per hoc, quod sententia iustitiam sibi adijdicatum. sicut dicit. S. Thom. secundæ secundæ. quæstion. 66. articulo quinto. ad primum. Respondet etiam dici, quod filij Israel non commiserunt furta,

furtum, quia furtum est contractio rei aliena inuito domino. vt Infti. de furt. §. furtum. Deus autem est vniuersalis dominus omnium que sunt in vniuerso. Vnde Pfal. 23. dicitur, Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Si ergo de mandato Dei, qui primus & precipuus dominus est aliquid accipiat furtum non committeretur, sicut etiam nec committeretur, si de mandato hominis domini acciperetur. Iudgi ergo rapientes vasa Aegyptiorum non inuito, sed volente domino, verò & precipuo, qui Deus est, furtum non commiserunt. Ad tertium dicendum, quod Osee accipiens mulierem fornicariam non est mœchatus. mœchia enim est accessus ad alienam; qui autem accedit ad aliquam de mado Dei, ad alienam non accedit. Si enim lex humana potest facere suam quæ ante non fuerat sua, sicut mulier quæ erat in quinto gradu consanguinitatis vel affinitatis reputabatur secundum antiqua iura illegitima ad contrahendum, & per consequens si alicui iungeretur quinto gradu sibi attinenti, dicebatur aliena, & tamē non iure statutum est in capite non debet de consang. & affi. quod talis sit persona legitima ad contrahendum, & per consequens quod eam accipiens non dicatur fornicator, sed maritus. A fortiori igitur lex diuina potest & potuit legitimare personas ad contrahendum, & similiter mandatum diuinum. Vnde de quamquam mulierem aliquis accipiat de mandato diuino siue coniugatam, siue solutam, siue quamcunque aliam, fornicator non dicitur, sed maritus. Vel potest dici, quod Deus mandauit Osee, vt acciperet mulierem fornicariam, non quod fornicario ebria, sed quod cum ea contraheret matrimonium, & esset sibi legitima vxor: quod fieri potuit sine dispensatione Dei. Sicut & nunc si aliquis vxorem fornicariam in vxorem acciperet, non peccaret, imò & mœrere, neque ad hoc esset necessaria aliqua dispensatio. Ad quartum dicendum, quod Machabæi excoGITantes se defendere sabbato, non dispensarunt in sabbati obseruatione, sed potius interpretati sunt præceptum de sabbati obseruatione, ostendentes, quod non inrelligitur violare sabbatum, qui facit opus, quod est necessarium ad salutem humanam, vt Dominus ostendit Matth. 23. Quod verò hodie obseruatio sabbati non sit, ideo est, quia præceptum de obseruatione sabbati partim erat morale, & partim ceremoniale: morale quidem quantum ad hoc, quod homini deputatur aliquod tempus vitæ ad vacandum diuinis. Sicut enim cuiilibet rei necessarii deputatur aliquod tempus, sicut corporali refectioni, somno, & alijs, sic ratio dicit, quod spiritali refectioni, qua mens hominis in Deo reficitur, aliquod tempus deputetur. Et sic habere ali-

quod tempus deputatum ad vacandum diuinis, cadit sub morali præcepto, vnde & quantum ad hoc est immutabile & indispensabile. Est autem præceptum hoc ceremoniale, in quantum specificat & determinat diem sabbati, quod est propter memoriam creationis. Vel propter allegoriam, quia Christus sabbato in sepulchro requieuit. Vel propter analogiam, quia in Sabbato, id est, in æternæ beatitudinis quiete quiescendum est. Præceptum ergo de sabbati obseruatione ponitur inter præcepta Decalogi quantum ad id quod est morale, non autem quantum ad id, quod est ceremoniale: imò quantum ad hoc penitus cessauit. Sunt & aliæ ceremoniæ. Vnde & hodie sabbatum seruantes, grauitur peccant, sicut infra latius ostendetur. Ad quintum dicendum, quod Deus non potest negare seipsum: negaret autem se, si ordinem suæ iustitiæ auferret, cum ipse sit ipsa iustitia, & ideo in hoc Deus dispensare non potest, vt liceat homini non ordinatè se habere ad Deum, vel non subdistingui iustitiæ eius etiam in his, secundum quæ homines ad iudicium ordinantur. Vnde & prælati dispensare non possunt contra diuinam ordinationem: et si contra eam dispensarent, nec dispensati tunc essent. Paulus enim. 1. Corinthior. 2. dicit. Nam & ego si quid donauim, propter vos, donauim in persona Christi. Si ergo Prælati dispensent & non in persona Christi, id est secundum eius voluntatem, non bene dispensant, sed potius iudicium & condemnationem sibi acquirunt. Quartum ad hæc. 3. vtrum præcepta ceremonialia & iudicialia legis sint mutabilia, imò & mutata & euacuata sint. Ad quod respondendum est, quod licet præcepta Decalogi immutabilia sint, quia sunt de lege naturæ, præcepta tamen iudicialia & ceremonialia mutabilia sunt, imò & mutata sunt, & cessauerunt. Probatur prima pars. Quod enim ex sola voluntate Legislatoris vim & efficaciam habet, ex eius voluntate mutari potest: sed ceremoniæ & iudicia legis ex sola voluntate Legislatoris & non ex ipso dictamine rationis efficaciam habent, igitur mutabilia sunt. Prima propositio patet. Quia sicut voluntas à principio causa fuit obligandi, ita & post eam esse potest deobligandi. ca. omnis. de regu. iur. in volumi. Secunda propositio probatur. Quoniam ex solo voluntatis arbitrio & non ex natura iudicia & ceremoniæ efficaciam sortita sunt. Non enim à ratione inditè est, quod leprosus quando mundandus est, debet aduci ad sacerdotem, & offerre. p. se duos passeres viuos, & lignum cedrinum, vermiculum, & hyssopum, & alia, quæ statuuntur Leui. 14. quam quod offerat agnum, vel hædum, vel lignum oliuæ. Alia enim ex sola legis institutione efficaciam habent, propter quod ex sola Legislatoris voluntate mu-

te mutabilia sunt. Quod enim mutari possent, conueniens fuit. cultus enim exterior concordare debet cultui interiori, qui consistit in fide, spe, & charitate: sed cultus interior non semper idem fuit, ergo ceremoniæ debuerunt esse aliæ. Quod autem cultus interior semper idem, probatur sic. Triplex enim status distinguitur cultus interioris. Vnus quidem, secundum quæ habetur fides & spes de bonis cœlestibus, & de eis, per quæ in cœlestia introducimur, sicut de quibusdam futuris, & talis fuit status fidei & spei in veteri lege. Alius status est, in quo habetur fides & spes de cœlestibus bonis sicut de quibusdam futuris, sed de eis, per quæ in cœlestia introducimur, sicut de presentibus vel præteritis, & iste est status nouæ legis. Tertius status est, in quo vtrique habentur præsentia, & nihil creditur vt absens, neque speratur vt futurum, & iste est status beatorum, in quo nihil erit figura le ad diuinum cultum pertinens, sed solum gratia rum actio, & vox laudis. Et ideo dicitur Apocaly. 21. de ciuitate beatorum. Templum non vidi in ea, Dominus enim Deus omnipotens templum illius est, & agnus. Sicut ergo & quæ nunc sunt in ecclesia figuræ eorum, quæ sunt in patria cessabunt in statu gloriæ, pari ratione ceremoniæ primi status, per quos figurabatur secundus & tertius, veniente secundo statu cessare debuerunt, & aliæ ceremoniæ induci, quæ conueniant statui diuini cultus pro tempore illo, in quo bona cœlestia sunt futura. Beneficia Dei, per quæ ad cœlestia introducimur sunt præsentia. Sicut dicit sanctus Thoma prima. secundæ. quæstion. 103. artic. 3. Secunda probatur. Primo quidem ratione. Secundo auctoritate. Ratio talis est. Adueniente signato & figurato, cessat signum & figura: sed iudicia & ceremoniæ legis erant signum & figura Christi venturi, ergo postquam Christus aduenit, iudicia & ceremoniæ legis cessauerunt & mutata sunt. Prima propositio patet, discurrendo per omnia. Signa aliqua sunt venturi Principis, postquam Princeps aduenit, illa iudicia & signa tolluntur. Similiter in quibusdam regionibus, in quibus consueuerunt in eminentioribus templorum locis poni aliqua signa quæ indicant paulò post celebrandam esse ecclesiæ dedicationem, aut aliquem sacerdotem primam missam fore dicturum, facta consecratione ecclesiæ solennitate, aut prima expedita missa, omnia vexilla, & quæcunque alia signa erant, quæ hæc designarent & præfigerent, statim tolluntur, et si perseuerent, mendacia signa sunt. Secunda propositio sic probatur. Et primo quidem de ceremonijs. Secundo verò de iudicijs De ceremonijs quidem. Patet sic. Nam cum homo sit vt anima Deo seruiat interiori, & sicut corpus ordinatur in Deum per animam, ita cultus ex-

terior ordinatur ad interiorē. Consistit autem interior cultus in conjunctione animæ ad Deum per intellectum & affectum, ideo secundum diuersitatem huius conjunctionis exteriores actus diuersitatem habent. In futura enim beatitudine in intellectu humanus intuebitur diuinam veritatem in seipsa, & ideo exterior cultus non consistit in aliqua figura, sed solum in laude Dei, secundum illud. Esai. Si gaudium & læticia inuenitur in ea gratiarum actio & vox laudis. In statu autem præsentis vitæ non possumus diuinam veritatem in seipsa intueri, sed oportet, quod nobis innotescat sub aliquibus sensibilibus figuris, sicut Dionysius dicit. 1. capitul. De cœlesti Hierarchia. Quæ tamē figuræ diuersificantur secundum diuersum statum humanæ cognitionis. Tempore enim veteris legis neque diuina veritas erat manifesta in seipsa, neque etiam adhuc propalata erat via ad perueniendum ad hoc, vt Apollolus ostendit ad Heb. 7. & ideo oportebat exteriorē cultum veteris legis non solum esse figuratiuum veritatis manifestandæ in patria, sed etiam Christi, qui est via ducens ad illam patrię veritatem. vt dicitur Ioan. 13. Sed tempore legis nouæ hæc via manifestata est, vnde non oportet hanc præfigurari sicut futuram, sed commemorari tanquam præteritam vel præsentem. Oportet tamen præfigurari veritatem gloriæ, quæ nondum reuelata est. Vnde Apollolus vt innueret differentiam veteris & nouæ legis dicit legem esse vmbra futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Ad Hebræ. 10. vt videlicet ostendat, quod minus appropinquat statum veteris legis statui gloriæ, quam status nouæ legis, quæ non solum vmbra est, sed imago gloriæ. Si enim diuina proponerentur nobis sine sensibilibus figuris, non posset humanus animus ea capere. habet enim se ad diuina, sicut oculus Nyctico-racis ad lumen solis. vt dicitur. secundo. Metaphysices. In particulari verò ostendere per quem modum ceremoniæ veteris legis erant figuratiuæ & Christi & gloriæ, non est præsentis speculationis. Sed si quem delectat hæc videre, legat ordinariā glossam, & maxime super Exodum & Leuiticum, & doctrinam sancti Thomæ. prima secundæ. q. 112. per. 4. artic. Vltimo de præceptis etiam iudicialibus certum est, quod figuralia sunt, quia sicut Apollolus dicit. 1. ad Corinth. 10. Omnia in figura contingebat illis. Vnde & Augustinus dicit contra Faustum. Quia populus Iudæorum erat electus à Deo ad hoc, quod ex eo Christus nasceretur, oportuit totum illius populi statum esse propheticum & figuralem, vnde & iudicia, & bella illius populi exponuntur mysticè, non autem bella vel gesta Assyriorum vel Romanorum, quæ nisi longè clariora fuerint. Sciendum tamen, quod inter-

ceremonias & iudicia legis hoc interest, quod ceremoniarum primò & perse institutæ sint ad figurandum aliquid pertinens ad cultum Dei, & mysterium Christi: vnde in multis ceremonijs haberi non potest ratio naturalis, sed solum ad figurandum institutæ esse videntur. cuiusmodi est, quod nullus vestiri debet veste, quæ ex lana linoq; contexta est: vel quod hoc ed non debet in lacte matris. Iudicialia verò præcepta sunt figuralia non primò & perse, sed ex consequenti. Non enim sunt instituta principaliter ad aliquid figurandum, sed ad ordinandum statum illius populi secundum iustitiam & æquitatem. Ex consequenti tamen aliquid præfigurabant, in quantum scilicet totus status illius populi, qui per huiusmodi præcepta disponebatur, figuralis erat. Et hæc differentia est maximè notanda, quoniam ad ea, quæ dicenda sunt, est summè necessaria. **¶** Quæritur etiam potest. 33. Vtrum possit per auctoritates iuris humani positum. Secundò auctoritates iuris humani positum. Tertiò testamenti veteris testimonia in mediū adducuntur, vt & contra hæreticos & contra Iudæos huiusmodi veritas infallibilis habeatur. Et de auctoritatibus noui testamenti primò ad propositum inducitur auctoritas Pauli I. Hebræ. 7. dicentis. Translato sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. Super quem locum Augustinus dicit. Quia enim simul & ab eodem & ab eadem sponcione vtraque data sunt: quod de vno dicit, necesse est, vt de altero intelligatur. Sed sacerdotium euidentis est translatum esse ab Aarō ad Christum. iuxta illud, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Psal. 109. Ergo & lex translata est. Non autem transfertur lex, nisi per eius mutationem & cessationem. ergo lex cessauit, & mutata est, & per consequens ceremoniarum & iudicia quia ex sola legis institutione vim habent, cessauerunt. Item Apostolus eodem capit. sic dicit, Reprobatio quidem fit prioris mandati propter eius infirmitatem, & in utilitatem, nihil enim ad perfectum adducit lex: sed lex, quæ reprobata est, cessauit. ergo mandatum prius, id est, lex vetus quantum ad ea, quæ ex ipsa lege vim habent, cessauit, & mutata est. Item Apostolus in eadem epistola capitul. 5. inducens auctoritatem Hieremias, sic dicit. Dicens autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est. consequens est, quod tempore Christi interierit & mutata sit. Præcessit quippe Hieremias Christum annis sexcentis & quadraginta. Et præterea Apostoli in Concilio generali Hierosolymis congregato ita statuerunt, Visum

est Spiritu sancto & nobis nihil ultra imponere vobis honoris, quam hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, sanguine, suffocato, & fornicatione. Act. 15. ergo exceptis his quatuor quantum ad alia cessauit lex, & mutata est. Vtrum autem quantum ad hæc prohibita adhuc duret lex, dicitur infra. Quintò Apostolus, qui non à seipso, sed Spiritu sancto inspiratus loquebatur, sic ait Gal. 5. Si circumcidamini, Christus vobis nihil prodest. Sed hoc non esset, si circumcisio adhuc obligaret, & haberet vim: ergo cessauit, & per consequens omnes alie ceremoniarum, quæ circumcisionem tanquam ianuam supponebant. Sextò Apostolus eodem capi. inquit. Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Glo. Id est, qui in obseruatione legalium queritis iustificari, putantes non sufficere vobis fidem Christi ad salutem, excidistis à gratia Dei, & per consequens blasphematis, iudicantes illum impotentē. Hæc ibi. Sed hoc propterea est, quia lex cessauit: ergo mutata est, & abrogata. Septimo Apostolus ipse Gal. 4. sic dicit. Dies obseruatis, & menses, tempus, horas, & annos: timeo vos, ne fortè sine causa laborauerim in vobis. Gloss. Dies obseruatis, scilicet, apud Iudæos celebres, & quartam decimam diem mensis primi, & sabbata. & menses, id est, festa Calendarum, de quibus num. 29. 1. Regum. 20. 4. Reg. 4. Vel dies obseruatis Neomenias, scilicet, de quibus Psal. 55. & Esai. 1. & tempora, id est, tempus egressus filiiis de Aegypto mense primo, & tempus liberationis Isaac mense septimo, de quibus Exod. 12. Leuit. 23. Num. 25. & 29. Et annos, id est, septimū annū, qui dicebatur remissionis. Exod. 21. & Deuteron. 15. & annum quinquagesimum. Leuit. 25. rī meo ne fortè sine causa, id est, inutiliter. laborauerim in vobis. Gloss. prædicando vobis fidem catholicam, quæ non proficit dicto non iudaizantibus. hoc autem non esset nisi propter legis reuocationem: ergo lex reuocata & mutata est. Item Christus in passione sua, cum esset prope vt spiritum patri traderet, sic dicit, vt Ioannes refert cap. 19. Consummatum est. id est, mysterium passionis & redemptionis humanæ perfectum est, & consummata est lex, quæ ipsius figura erat. Patet ergo ex nouæ legis testimonijs legalia iam cessasse, & euacuata fuisse. In iure etiam humano inueniuntur auctoritates, quibus legem cessasse, & abolita esse probatur. Statutum est enim ab Innocentio. 3. & habetur in cap. maioris. extra de ap. Absit enim, vt in illam damnatam hæresim incidamus, quæ perperam affirmabat legem cum euangelio, & circumcisionem cum baptismo seruandam. Sed propterea lex non seruatur cum euangelio, quia abrogata est. Ergo cessauit, & abolita est. Secundò, in Concilio generali sic statutum est, sicut legitur in capit.

capit. quidam. de apost. Quidam, sicut accepimus qui ad sacri vndam baptismatis voluntariè accesserant, veterem hominem omnino non exiit, & nouo perfectus induit, cum prioris ritus reliquias retinens, christianus religionis decorem tali commixtione confundat. Cum autem maledictus sit homo, qui terram duabus vijs ingreditur, & in diu veste non debeat lino lanaque contexta, statui-mus, vt per prælatos ecclesiarum talis obseruatiã veteris ritus omnino conuincatur: vt quos Christiani religioni liberè voluntatis arbitrium obruit, saluiter: coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet: cum minus malum existat viã Domini non agnoscere, quam post agnitã retroire. Hæc ibi. Ecce quod ecclesia priores ritus serua re prohibet post receptum baptismum. Ex quo luculenter apparet, legem cessasse, & reuocatam fuisse. Tertiò à Bonifacio. 5. ita statutum est. Contra Christianos, qui ad ritum transferunt vel adierint Iudæorum, erit tanquam contra hæreticos procedendum. in cap. contra Christianos. de hæret. lib. 6. Sed non procederet contra tales tanquam contra hæreticos, si lex adhuc maneret: ergo mutata & reuocata est. Et confirmatur. Quia vt Isidorus dicit lib. 5. etymologiarum. capit. 5. Et Gratianus recitat in cap. quidam. 24. qua. lion. 3. inter hæreticos computantur Nazaræi & Ebionitæ quia legem ad literam seruabant: hoc autem non esset, si lex mansisset. Vnde necessariò conuincitur, legem cessauisse, & mutatam fuisse. Hæc autem mutatio testimonijs veteris legis probatur. Nam & ab eodem Deo prænunciata & prophetata fuit. Dicitur enim Hieremias. 31. Ecce dies venient dicit Dominus, Et serui domui Israel & domui Iuda fœdus nouum, non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris. Sed hoc erit pactum quod seruiam cum domo Israel. Dabo legem meã in visceribus eorum, & in corde scribam eam. Ex quibus verbis habetur primò, quod lex & pactum nouum ferendum erat. Vnde apparet, quod fœdus antiquum cessaturum erat. Secundò, quod fœdus noui dignius esset fœdere antiquo in hoc scilicet, quia lex noua scribenda erat in corde, lex vetus in tabulis. Ex quo colligitur, maiorem fore stabilitatem eius, quam veteris. Item Dominus quasi prænuntians cessationem legis, & inutilitatem ceremoniarum & sacrificiorum eius, sic dicit Esai. 1. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum dicit Dominus: Plenus sum. Holocausta arietum & adipe pinguium, & sanguinem vitulorum & hircorum nolui. Cum veniretis ante conspectum meum, quis quaesuit hæc de manibus vestris, vt ambulaveris in atrijs meis? Ne offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Neomenias, & sabbatum, & festiuita

tes alias non feram. Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. Ecce vbi Dominus quasi expressè reuocat ceremonias legis quasi in utiles, & infructuosas. Item Malachi. 1. traditur, postquam dictum est reprobatione sacrificiorum veteris legis, Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiã de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Ex quibus manifestè patet sacrificiorum legis veteris reprobatio, & vocatio gætiũ, & institutio nouæ oblationis mundæ, qualis est oblatio ecclesiæ catholice. Et confirmatur, quia Rabbi Moyses Aegyptius, vir inter Hebræos non mediocri auctoritatis in sua expositione et super librum Canhedrin. cap. heledi. dicit, quod omnis lex, quam quis adducit in seculo veteris legis, varia est respectu legis Messia. Hæc ille. Ex quibus dictis duò patent. Primum, quod lex vetus habuit seculum, id est, durationem terminabilem. Seculum enim est duratio rei periodo terminata, secundum quod lex vetus erat varia respectu legis Messia: & per consequens ea adueniente, cessare debuerat, & abrogari. Item Rabbi Moyses in suo Deutero. lib. de iudicibus. titu. De regibus. ca. 12. dicit, Non est inter istud seculum & tempus Messia, nisi subiectio regnorum. Vbi seculum appellat tempus legis, distinctum à tempore Messia. Vnde patet, quod lex vetus duratura erat vsq; ad Messiam, quo adueniente, alia lex instituenda erat, & illa cessatura.

¶ QVONIAM quæ præ oculis sunt melius percipiuntur, scireque oportet formam & praxim quam seruant Domini inquisitores in degradatione episcopi & cæterorū Clericorum ex Pontificali Romano desumptam hic transcribere necessarium & vile fore duximus.

Degradatio ab ordine Pontificali.

SI degradandus sit Archiepiscopus Pontifex degradator aufert ab eo Pallium sic dicendò. Prærogatiua Pontificalis dignitatis quæ in Pallio designatur, reuocamus: quia male vsus es ea. **¶** Dein de vel si degradandus sit episcopus tatum. Pontifex degradator amouet ei Mitram dicendò. Mitra:

Mitra Pōtifficalis dignitatis videlicet ornatu: quia eam male Præfidento fœdasti: tuum caput denuclamus. Deinde vnus ex ministris tradit degradādō librum euangēliorum quem Pontifex degradator aufert de manibus degradandi dicens. Redde euangēlium: quia prædicandi officio: quo sprete Dei gratia te indignum fecisti: te iuste priuamus. Deinde Pontifex degradator amouet anulum de digito degradādi sic dicens, Anulum fidei scilicet lignaculum: tibi digne subtrahimus: quia ipsam sponsam Dei ecclesiam temere violasti. Tum vnus ex ministris tradit degradando in manus baculum pastorem: quem mox Pontifex degradator tollit de manibus degradandi dicens. Auferimus a te baculum pastorem: vt per inde correctionis officium quod turbasti non valeas exercere. Deinde extractis sibi per ministros chirothecis. Pōtiffex degradator abradit degradādō Pollices & manus leuiter cum cultello aut vitro dicens. Sic spiritalis benedictionis delibutio nis mystice gratia: quantum in nobis est te priuamus vt sanctificandi & benedicendi perdas officium & effectum. Posthæc Pontifex gradator cū eodem cultello aut vitro abradit leuiter caput de gradandi dicens. Consecrationem & benedictionem ac vñtionem tibi traditā radendo delemus & te ab ordine Pontifficali quo inhabilis es redditus abdicamus. Tum degradando per ministros extrahuntur sandalia.

Degradatio ab ordine Presbyteratus.

Ministri tradunt in manus degradandi calicem cum vino & aqua: ac patena & hostia quem Pontifex degradator aufert de manibus degradādi dicens. Amouemus a te quoniam potius ahiotam esse ostendimus: potestatem offerendi Deo sacrificium: missamq; celebrandi tam prouitius quam pro defunctis. Deinde Pontifex degradator abradit leuiter cū cultello vel vitro pollices & indices vtriusque manus degradādi dicens. Potestatem sacrificandi, consecrādi: & benedicendi: quā in vñctione manū & pollicum recepisti: tibi tollimus hac rasura. Quo dicto Pontifex degradator accipit casulam siue planetam per posteriorem partem capiti & degradandū exiit dicens.

Degradatio ab ordinibus sacris.

Vnde Sacerdotali charitatem signate: te merito expoliamus: quia ipsam & omnem innocentiam exuisti. Tum Pontifex degradator aufert a degradando stolam dicens.

Signum domini per hanc stolam signatum: turpiter abiicisti. ideoq; ipsam a te amouemus: quæ inhabilem reddimus ad omne sacerdotale officium exercendum.

Degradatio ab ordine Diaconatus.

Ministri tradunt degradando in manus librum Euangēliorum quem Pontifex degradator tollit de manibus eius dicens. Amouemus a te potestatem legēdi Euangēlium in ecclesia Dei: quia id non competit nisi dignis. Tum Pontifex degradator exiit degradādum dalmatica dicens. Leuitico ordine te priuamus: quia tuum in eo ministerium non impleuisti deinde Pontifex degradator amouet degradādō stolam de humeris proijciens eam post tergum dicens. Stolum candidam quam acceperas immaculatā: in conspectu Domini perferendam: quia non sic cognito mysterio eximium conuersionis tuæ fidelibus præbuisi vt plebs dicata Christi nomine: possit exinde imitationem acquirere: iuste a te amouemus: omnem diaconatus officium tibi prohibentes.

Degradatio ab ordine Subdiaconatus.

Ministri tradunt in manus degradandi librum Epistololarum quem Pontifex degradator de manibus illius accipit dicens. Auferimus tibi potestatem legendi epistolam in ecclesia Dei: quia hoc ministerio indignus es redditus. Tum Pontifex degradator exiit degradandū tunica dicens. Tunica subdiaconali te exuimus: cuius cor & corpus timor domini: castus & sanctus in eternū permanens: non constringit. Deinde Pōtiffex degradator accipit a degradando manipulum dicens. Depone manipulum: quia per fructus bonorum operum quos designat: non expugnasti spiritalis insidias inimici. Tum Pōtiffex tangens amictum degradandū dicit. Quia vocem tuam non castigasti: ideo amictum a te auferimus. Posthæc vnus ex ministris tradit in manus degradandū vreoletos cum vino & aqua: ac bacile eum manutergio: ac calicem vacuum cum patena. Tum archidiaconus tollit de manu degradandi vreoletos cum vino & aqua: ac bacile cū manutergio. Pontifex calicem vacuum & patenā tollit dicens.

Potesta-

Potestatem introeundi sacrum tangendi Palas: vasa & alia indumēta sacra: omnesque subdiaconatus ministerium exercendi a te amouemus. Deinde ministri exuunt degradandū cingulū: albam, & amictum.

Degradatio ab ordine acolytatus.

Vnus ex ministris tradit in manus degradandū vreoletum vacuum, quem Pōtiffex degradator tollit de manibus illius dicens. Immunde: vinum & aquam ad Eucharistiam de cetero non ministres. Tum vnus ministro rum tradit in manus degradando candelabrum cum cereo extincto quod Pōtiffex degradator accipit de manibus illius dicens. Dimitte perferendi visibile lumen, officium: qui præbere spiritali moribus neglexisti: ac vniuersum acolytatus officium, hic depone.

Degradatio ab ordine exorcistatus.

Vnus ex ministris tradit degradādō in manus librum exorcismorum: quem Pōtiffex degradator tollit de manibus illius dicens. Priuamus te potestate imponendi manū super energuminos: & dæmones de obsessis corporibus expellendi, omni tibi exorcistatus officio interdicto.

Degradatio ab ordine lectoratus.

Vnus ministrorum tradit degradādō in manus librum lectionum: quem Pontifex degradator tollit de manibus illius dicens. In ecclesia Dei non legas vterius: neque cantes neque Panes aut fructus nouos vllatenus benedicas: quia tuum officium non impleuisti fideliter & deuote.

Degradatio ab ordine hostiaratus.

Vnus ex ministris tradit degradando in manus claus ecclesie: quas Pontifex degradator tollit de manibus illius dicens. Quia in clauibus errasti claus dimitte: & quia hostia cordis tui male dæmonibus obserasti: amouemus a te, officium ostiarij: vt non percutias cym-

balum: non aperias ecclesiam: non sacrum: non librum amplius prædicanti.

Degradatio à prima tonsura.

Pontifex degradator extrahit degradandū superpellicium dicens.

Authoritate Dei, omnipotentis Patris & Filij & Spiritus sancti ac nostra tibi auferim' habitum clericalem, & nudamus te religionis, ornatum: atque deponimus: degradamus: spoliamus & exuimus te omni ordine: beneficio & priuilegio clericali: & velut clericalis professionis indignū: Redigimus te in seruitutem & ignominiam habitus secularis ac status. Tum Pontifex degradator cum forficibus tondere incipit: & per barbitonsonem ibidem præsentem totaliter tonderi facit caput degradandi dicens.

Te velut ingrātū filium a forte Domini ad quā vocatus fueras abijcimus: & coronam tui capitis: Regale quidem signum sacerdotij: de tuo capite amouemus. Propter tui regimini prauitatem. Deinde si velit Pontifex dicit. Quod ore cantasti corde non credidisti nec opere impleuisti: ideo cantandi officium in ecclesia Dei a te amouemus. Tū ministri Pontiffici exuunt degradatum vestem & habitum clericalem: & ipsum induunt habitum secularem: Quo facto si fuerit talis casus quod degradatus iuxta cōstitutiones Innocentij Papæ tertij tradi debeat curiæ seculari. Pontifex degradator degradatum amplius non tangit: sed in hunc modum contra ipsum pronunciat dicens.

Pronunciamus, vt hunc exutum omni ordine, ac priuilegio clericali: curia secularis in suum forum recipiat degradatum. Tum Pontifex degradator efficaciter & ex corde: omni instantia promiserimo illo derelicto intercedit apud iudicem secularem: vt citra mortis periculum: vel mutilationis contra degradatum sententiam moderetur dicens.

Degradatio ab ordinibus sacris.

Domine iude: Rogamus vos cum omni affectu quō possumus: vt amore Dei: Pietatis & misericordie intuitu & nostrorum interuentu precamini: vt miserimo huic nullum mortis vel mutilationis periculum inferatis. Quo facto ministri curiæ secularis degradatum sub sua custodia recipiunt: & discedunt.

Tom. iij. L. C. Porcl

a ¶ Por el juez ecclesiastico. Ad iudicem ecclesiasticum pertinet cognitio huius criminis, ut hic habetur, & latius dicitur in l. tertia. & supra proxima, ubi latè resoluta materia huius criminis hæresis.

¶ Titulus Quintus. De excommunicatis.

¶ Lex prima.

b ¶ Vida spiritual. Vitam æternam dedit nobis Deus, ut inquit Ioann. in prima epistola. capitul. quinto. Et hæc vita in filio eius est. Qui habet filium Dei, habet vitam: qui non habet filium Dei, non habet vitam. Hæc scribo vobis, ut sciat quoniam vitam æternam habetis, quickeditis in nomine filij Dei. Facit textus in capitulo. resuscitatus. de poenitentia. distincione prima. dum ibi dicitur: Cum Deus sit vita animæ: anima vero vita corporis: sicut corpus vivere non potest absente anima: ita nisi Deo præsentem, anima vivere non valet. Sed filius Dei fuit obediens semper. Ad Philippenses secundo. Humiliavit semetipsum Christus factus obediens usque ad mortem: Et est instructio nostra, ut prælati obediamus, cuius transgressio est inobediencia, quæ mortale inducit peccatum quod separat animam à Deo, ut in præsentem habetur, dicendo, *vida spiritual es anima la obediencia, y muerte la desobediencia.* capitulo secundo. de maioria. & obediencia. Et prima. Petri secundo. Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi tanquam præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. capitulo. solita. de maioria. & obediencia. Obediencia victimis iure præponitur. primo Regum capitul. decimo quinto. Melior est (inquit) obediencia, quam victimæ: Ratio est, quia per victimas aliena caro, per obediencia verò propria ma-

¶ Ley. IIIII. La pena del que fuere condenado por hereje.

¶ El Rey don Enrique eodem titulo.



DE SPues que por el juez ecclesiastico, alguno fuere condemnado por hereje: la meytad de sus bienes, sea para la nuestra camara.

stat voluntas. capitul. sciendum. decimo octava. quæstione secunda. ubi Archidiaconus notabiliter dicit, quod obediencia nouem comites, seu condiciones habere debet.

¶ Primò, ut exhibeatur libenter, id est, voluntariè, sine cordis murmure. Actuum nono. Domine quid me vis facere? Secundo humiliter sine vocis contradictione. Osee quarto. Populus tuus sicut hi qui contradi-

Titulo. V. De los descomulgados.

¶ Ley Primera. La pena en que caen los descomulgados que por diversos tiempos perseveran en la descomunión.

¶ El Rey don Juan Segundo en Guadaluja. Año de mil y quatrocientos y nueue.



VIDA spiritual, es al anima la

¶ Quarto integraliter sine operis diminutione. Tobie quinto. Omnia quæ præcepisti mihi pater, faciam. ¶ Quinto, simpliciter sine mandati nimia districtione, iuxta illud Psalmi, In auditu auris obediunt mihi. ¶ Sexto, prudenter, sine manifesto errore. Actuum quinto. Oportet magis obedire Deo, quam hominibus. nam magis obedit lingua iniquæ, & fallax obtemperat labijs mendacibus. Proverbiorum. decimo septimo. Hinc suadet textus in capitulo. Si Dominus, in fine. vñdecima. quæstione tertia. dicens notantissime. Dicimus de seruis apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filijs apud patres, quod in illis tantum debeant dominis, & viris, parentibusque esse subiecti, quæ contra Dei mandata non sunt & in capitulo. Non semper eadem causa & quæstione. Dicit textus. Non semper malum est non obedire præcepto. Cum enim Dominus iubet ea, quæ sunt contraria Deo, tunc ei obediendum non est. Idem probat capitul. Iulianus. & capitul. qui omnipotentem. & capitul. qui resistit. & capitul. Imperatores. ead. causa & quæst. Vnde Panormita. in capitul. si quando. de rescript.

rescript. & in cap. quanto. de consuetud. ait. Obediendum est superiori in licitis & honestis. nõ autem cum peccato & scandalo. Et inde fit, quod ideo etiam subditu regulares non debent in his, quæ contra Deum essent, prælati eorum obedire. Innocentius in cap. ad aures. de tempo. ordi. Panormi. in ca. cum in ecclesijs. col. 1. de maio. & obediencia. & in capit. cum ad monasteriu. in colu. 2. de stat. monach. Adde glos. si. in ca. non in inferenda. 23. q. 3. & ca. fin. & ibi Cardi. nu. 1. ead. causa & quæst. & Felin. in ca. si quando. nu. 2. de off. delegat. tex. in c. inquisitioni. ad fin. de senten. excom. de cuius intellectu agit Dominus. Sotus lib. 4. De iusti. & iur. q. 5. art. 4. pagin. 317. Hinc inferitur, quod ductum iniuste ad mortem, non solum Anciani (vulgò Regidores) sed etiam populares, possunt e manibus iudicis etiam per vim eripere, quia tunc non facit actum iuste, nec vi iudex, qui est minister Dei, sed tanquam particularis contra rectitudinem rationis & iuris diuini. Exod. 20. & humani, & tanquam diabolus, ut aliàs rogatus in quæstione subiecta consului, & in lectione ordinaria Decreti explicauit in dict. c. non in inferenda. 23. q. 3. Septimo, veraciter sine fictione. ad Coloss. 3. non ad oculum seruientes; quasi hominibus placentes. Octauo, perseveranter sine intermissione. ad Philipp. 2. Factus est obediens patri usque ad mortem. Nono, celeriter sine dilatione. Esaiæ. 8. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi cotuba ad fenestras? Vnde sanctus Bernardus dicit, Verus obediens, nescit moram, nec mandata procrastinat, sed aures parat auri, oculos visui, manus operi, pedes itineri, & sic fetotum interius colligit, vt imperantis adimpleat exterius voluntatem.

obediencia: y muerte la desobediencia: y desobedescer los mandamientos de la sancta madre yglesia. Y porque la sentencia de excomunión es arma con que la iglesia defiende su libertad: y mantiene y govierna las cosas Christianas con justicia de Dios: y deue ser mu-

¶ Deobedescer los mandamientos. Contra apostoli præceptum ad Hebr. 10. 13. Obedite præpositis vestrís, & subiacere eis. Vbi constat, quod obediencia præpositis præsertim ecclesiasticis est debita.

a ¶ Deobedescer los mandamientos. Contra apostoli præceptum ad Hebr. 10. 13. Obedite præpositis vestrís, & subiacere eis. Vbi constat, quod obediencia præpositis præsertim ecclesiasticis est debita.

Vnde dicit text. in cap. omnes. de maio. & obediencia. Omnes principes terræ, & ceteros homines, episcopis beatus Petrus obedire præcipiebat. Per quæ text. Panormi. 1. notab. firmat, quod quantumcunque sit princeps maximus, tenetur nihilominus

cho mastemida y guardada que otra sentencia alguna, porque no ay mayor pena que muerte del anima, y así como el arma temporal mata al cuerpo: así la sentencia de excomunión mata el anima y es llave de los Reynos de los cielos que encomendo nuestro

tandus, secundum formam præsentis legis. Tum, quia communio postquam excommunicatus ab ecclesia repellitur, inducit peccatum. cap. illud. & ibi Innocentius de cleric. excom. ministr. ubi probatur, quod excommunicatus tenetur alios vitare, aliàs peccat, sicut alij scienter cum eo communicantes. Gabriel in. 4. senten. distincione. 8. quæstione tertia. dub. 5. Nauar. in. ca. cum contingat. pag. 168. de rescript. Ergo cum eadem versetur ratio, eadem debet esse iuris dispositio absque acceptione personarum. capit. nouit. de iudi. & per regulam. Quod quisque iuris alium statuit, eod. iure uti debet. in rub. & nigro. ff. quod quisque iur. & sapientis dicat autoritas, Patere legem, quam ipse tuleris. cap. cum omnes. & ibi gloss. 3. de constituto. Et est optimum pro intellectu & ampliatione huius regie constitutionis.

b ¶ Sentencia de excomunión. Nota excommunicationem sententiam esse. Probatur in rubro. De sententia excom. in decret. & in. 6. & Clein. & in cap. sententia pastoris. 11. quæstion. 3. gloss. in ca. biduum. verb. sub conditione. 2. quæstion. 6. dicit sententiam excommunicationis sub conditione latam tenere. Panormi. in cap. significauerunt. numer. 11. de testib. & in cap. procuraciones. numer. 8. de censib. quantum alias sententia sub conditione lata, non valet. vt ell. tex. in dict. capit. biduum.

quem commendat Panorm. in. ca. in literis. in fin. de offi. de lega. Socin. in tract. reg. cum fallen. regu. 369. Ergo est sententia. Sed glo. ibi dicit, quod non est sententia diffinitiva, sed interlocutoria. in verb. sententia. glossa. in summ. verb. quod autem. secunda. quaestio. 1. Quia cum iudicialiter profertur a iudice, tale preceptum sub pena excommunicationis vi interlocutoria habet, iuxta glossa. in authen. De litigiosis. §. ad excludendas. verb. interlocutionibus. coll. 8. non a libi secundum Angel. in l. q. agnitis. numero. 2. ff. de excep. & in authen. de hered. & falsid. §. illud quoque. vbi vide glo. verb. decreto. Idem Angel. in rubri. ff. de iudi. glossa. verbo. sententiarum. in. l. cum clericis. C. de

† La mitad & sus bienes Concor. l. 4. titu. final. in fin. isto lib. 8

señor al apóstol sant Pedro y a sus sucesores y ministros de la yglesia: y les dio poder deligar y absolver las animas sobre la tierra: y porque el mayor quebrantamiento de la fe Christiana es el menor precio de la sancta Iglesia. Porende confirmamos y apruamos y mandamos que sean guardadas las leyes que sobre esta razon hizieron y ordenaron los catholicos reyes don Alonso en las cortes que hizo en Madrid: y el rey don Enrrique. I. en las cortes que hizo en toro: y el rey don Iuan primero en las cortes que hizo en Guadaluja: por las quales dichas leyes los dichos reyes nuevos progenitores: ordenaron y mandaron que qualquier persona que estuviere descomulgada por

denunciacion de los prelados de la sancta yglesia por espacio de treynta dias: que pague en pena cient maravedis de los buenos que son seyscientos maravedis de moneda vieja. E si estuviere endurecido en la dicha descomunion seys meses cumplidos: que pague en pena mil maravedis de la dicha moneda buena: que son seys mil maravedis de la dicha moneda vieja. E passados los dichos seys meses si persistiere en la dicha descomunion: que pague sefenta maravedis de los buenos: cada vna dia: y demas que lo echen fuera de la Villa, o lugar donde biuiere: porque su participacion sea escusada: y si en el lugar en trare que la meytad de sus bienes sean confiscados para la nueva camara: y las di-

episcop. & cleric. Et Alexand. declarat. quae sit sententia interlocutoria, seu diffinitiva in rubri. ff. de re iudicat. Et quod sententia excommunicationis si iudicialiter profertur sit interlocutoria, constat, quia non definit negotium, ideo que quandoque reuocari potest. vt notat Fel. in rub. de re iud. num. 17. vbi plures concordantias citat. Ludou. Gomef. in c. 2. §. statuto. numer. 9. de constitu. lib. 6. Et sic possunt intelligi iura, quae dicunt eam sententiam esse, & interlocutoriam, cum a iudice in iudicio profertur: si autem extra iudicium appellatur censura, & non venit nomine sententiae, quae est poena, & non sententia, ex communi mente relata a Ludou. Gomefio vbi supra, quo fit, potest ab-

lutione,

lutionem, refusus expensis regulariter concedendam esse. vt praestatur ex cap. ex parte. de verb. signi. Deinde deducitur, quod extra iudicium datur absolutio, sicut & excommunicatio profertur cap. de lecto. de sententia excommu. lib. 6. & sic improprie dicitur interlocutoria, cum sit de his, quae incident, & emergunt in iudicio interlocutoria sententia. glo. in clemen. vnic. de frequentatio. posses. & fructuum. verb. diffinitiva. vbi late dixi. Ergo resolutio sit, quod excommunicatio iudicialiter lata dicitur interlocutoria, non diffinitiva: si vero extrajudicialiter, dicenda est censura, seu poena. Et sic intelligenda sunt iura, quae de hac re mentionem faciunt. & capitul. 2. §. statuto. de consti. lib. 6. & text. in presenti. & Archidi. in cap. decernimus. 18. dist. in c. ad fin. ait. Et nota hic contra quorundam opinionem, sententiam excommunicationis dici sententiam. c. sententia pastoris. 11. quaestio. 3. Sic etiam absolutio. vt. 11. quaestio. 3. cap. 2. vbi de hoc Hug. Dicendum Tancredum, quod excommunicatio vel interdictionum improprie dicitur sententia. Et hoc id eo, quia potius punit, quam finem causae imponat. Haec verba facit Archidi. & sunt memoriae mandanda. Iuxta praemissa quaeritur, Quid sit Excommunicatio: Goffred. de Trano in sum. de sententia excommu. numero primo. dicit, quod excommunicatio est aliquando a sacramentis exclusio. Aliquando a communionem fidelium separatio. vt. 11. quaestio. 3. §. euidenter. & 3. quaestio. 4. cap. Engelstrudam. de excep. cap. a nobis. capit. pen. de sententia excommu. Vel generaliter dici potest, quod excommunicatio, est a qualibet licita communionem, vel legitimo actu separatio. Vn de Adam fuit excommunicatus ab euligno vitae. Gen. 2. dicente Domino, Videte ne forte sumatis de ligno vitae. vt in dict. §. euidenter. & ibi numero. 2. species excommunicationum declarat. Idem transcripsit tacito auctore Hostiens. in sum. eius. titul. §. 1. & §. 2. Diffiniri autem potest secundum Panorm. in rub. extra eod. numero tertio. Excommunicatio est censura a Canone, vel iudice ecclesiastico prolata, priuans legitimam communionem sacramentorum, & quandoque hominum. Et cum hac definitione alios antiquos referens transit Fel. in ead. rubri. colum. 2. numero. 2. ad fin. versicul. Quid sit excommunicatio. Nicol. Nanus in Polyantea. verbo. Excommunicatio. columna prima. Syluest. in sum. verb. Excommunicatio. 1. post Angel. eod. verb. in capit. 1. in princ. Vel dic, Excommunicatio est censura ecclesiastica a iure vel homine propter crimen, vel contumaciam in singulares personas lata, eas a communionem sacramentorum, & quandoque hominum priuans. Dixi, censura, ad denotandum genus. nam sub hac dictio-

ne venit excommunicatio, suspensio, & interdictum. text. in cap. quarenti. de verb. signi. notat Ioan. de Lignano in tracta. de censura ecclesiasti. in princ. Ioan. Calderi. de interdicto ecclesiastico colum. 2. num. 3. Ioan. in sum. confesso. lib. 3. titu. 33. quaestio. 219. Angel. Clauasi. in sum. verb. Censura. Et sic dictum est supra, quod excommunicatio est improprie & stricte sententia. vt declarat Panorm. & Fel. in rub. de senten. excomm. num. 2. Dixi, a iure. vt denotarem omnem excommunicationem, quae fertur a Canone ipso iure, modo illam inferat Papa, modo legatus seu Archiepiscopus, seu Episcopus in sua Diocesi seu prouincia, cum omnes possint eam promulgare iudicibus. cap. 2. de consti. lib. 6. capit. corripiantur. 23. quaestio. quarta. cap. vlt. 16. quaestio. 2. Et per illud verbum, a iure, excluduntur omnes, qui non possunt statuere, vel facere ius, vt hi excommunicari non possunt, modo praemisso. Dixi, vel homine ecclesiastico. vt adnotarem, quod iudex aliquando profert sententiam excommunicationis contra contumaces, vel propter offensam praeteritam, vel quae in futurum fieri speratur. Syluest. verb. Excommunicatio. 1. not. 1. Et dixi, ecclesiastico. vt excluderem seculares, quibus tractus spirituum ritualium inhihibitus omnino est. capit. 2. & ibi nota. de iudic. Deinde dicitur, propter contumaciam. &c. vt explicarem causam materialem, ob quam excommunicatio fulminanda est: quia sententia excommunicationis fertur propter contumaciam. cap. ex parte. de verb. signi. capi. primo. de iudic. glossa. in cap. nemo episcoporum. 11. quaestio. 3. glo. optima in cap. episcopi. verb. minimis. 11. quaestio. 3. cap. sed illud. 45. dist. in c. ca. tam sacerdotes. & cap. de illicita. 24. quaestio. 3. glossa. in cap. 1. de iudi. Panormi. in cap. fraternitatu. numero primo. de cleri. excommu. ministr. & in cap. cum non ab homine nume. 25. de iudi. vbi inquit, quod excommunicatio est poena contumaciae, non delicti. vbi vide Barba. num. 87. Quae contumacia quadrupliciter committi posse declarat Richard. de Media villa in. 4. sentent. disti. 18. quaestio. 2. articulo tertio. & sic propter contumaciam quis amittit beneficium dilationis legalis, indultum misericordiae causa. Bal. per textum ibi in. l. si constante. §. quoties. ff. solut. matri. moni. Ratio est, quia contumacia est delictum, vt supra dictum est. Iam delictum in princ. ff. de re militar. l. contumacia. ff. de re iudic. Fel. in. c. ex parte. nume. 27. de consti. Iaso. in. l. sancimus. numero. 20. de iudic. Ioan. Lupus in rep. capit. per vestras. fol. 66. columna quarta. num. 18. §. glo. in. l. si filius. ff. de interrogat. actio. l. 10. titul. 9. part. 1. & non obedire superiori, est peccatum, & in obedientia inter mortalia annumeratur a Paul. ad Roman. 1.

man. 1. & 2. ad Timotheum. 3. Sanctus Thom. 2. 2. quaestio. 104. articulo primo. & 2. & quaestio. 105. articulo primo. Et excommunicatio fertur pro mortali. cap. nemo. 11. quaestione tertia. Ergo contra contumacem. Quo sit, quod si nobilis fuit contumax in comparando ad iudicis praecipuum, vel mulier honesta, quam uis alius ex causa ciuili in carcere detineri non possint, tamen ex hac rebellione & contumacia detinere poterit iudex inobedientem & contumacem, quia commisit delictum. Quod est in praxi notandum, ut alius consilium contra nobilem, qui vendidit rem dotalem, quam mulier vendicauit ab emptore, & emptor egit de cuius ratione contra maritum venditorem, quod ex eo quod rem alienam vendidit, commisit delictum tanquam Paganus & plebeius poterit pro debito in carceribus conijci. Et ita obtentum fuit. Et sic pro contumacia infertur excommunicatio, ut supra dictum est. Et notat Martinus Nauar. in manual. confess. capit. 27. numer. 9. quae inducit mortem, & loco eius infertur. ca. per venerabilem. ad fin. ibi, in quibus cum aliquid fuerit difficile, vel ambiguum, ad iudicium est sedis apostolicae recurrendum, cuius sententiam qui superbiens contempserit obseruare, mori praecipitur, id est, per excommunicationis sententiam uelut mortuus a communione fidelium separari qui filii sunt legiti. capitulo secundo, de maioribus. & obedi. ergo nimirum, si in carceribus detineatur propter contumaciam, vel aliud delictum, cum omne priuilegium, & dignitatem tollat peccatum. Et est notandum, quod contumacia quaelibet quantuncumque minima, est digna excommunicatione. glo. in capitulo. duo sunt. 96. distin. sing. secundum Rip. in cap. 1. numer. 29. de iudi. ubi Panorm. numero. 10. Et Cardin. in cap. cum non ab homine. columna. 1. eiusdem tituli. Barbat. in tract. de testibus. 3. part. num. 9. Lud. Montaltum in tract. de reprobatio. sententiae Pilat. articulo. 3. num. 27. Est gloss. simi. in l. in actionibus. verb. non etiam. ff. de in lite iur. Et est notandum, quod Contumacia contrahitur praecedente monitione iudicis, non ante, cum uocatus sit explicandum, & non in mente retinendum praecipuum, ad hoc, ut contumax sit censendus, & cum dilatione temporis secundum subiectam materiam, & qualitatem, & necessitatem negotij est praecipuum faciendum sub excommunicationis poena ex officio, seu ad partis petitionem. Si tamen a iure proferatur, nulla requiritur noua citatio, seu monitio: quia lex, quae imponit excommunicationem propter factum damnatum, semper loquitur, & monet homines ne committant. argum. l. Arriani. C. de haeret. ideo ipso facto, sine alia citatione & monitione fuit contumax, & rebellis, ac excommunicatus & separatus a commu-

nione ecclesiae, sicut primi parentes fuerunt exclusi a Paradiso delictum propter inobedientiam. Gen. 3. Et tantum fuit adhibita declaratio criminis per eorum confessionem, & a tempore commissi criminis fuit lata sententia. ut in cap. cum secundum leges. de haeret. libro sexto. Non ergo requiritur alia citatio seu monitio in excommunicatione lata a iure: quia a tempore promulgatae legis fuit facta omnibus subditis catholicis fidei profitentibus, & sic contumacia & rebellio praecessit in incursu ipsius, sicut in ea, quae ab homine profertur. ut in cap. si quis suadente. 17. quaestio. 4. cap. a nobis. 21. de sententia excomm. cap. ut animarum. de consil. libr. 6. cap. reprehensibilis. (26. capite in ordine) de appellat. cum pluribus alijs casibus, quibus quis propter delictum in excommunicationem ipso iure incidit, de quibus per Goffred. & Hostien. in summa de sententia excomm. gloss. in clem. 1. eod. tit. Penit. 72. casus glo. in simi. in cap. eos. eo. tit. libro sexto. Anchar. in dict. capitul. reprehensibilis. numero primo. Excommunicatio in pluribus casibus incurritur. & 12. refert Luc. pen. in l. contra publicam column. 4. de re milit. lib. 12. l. 2. titulo. 9. par. 1. Et ad praemissa quando requiritur vel non monitio in sententia lata a iure, vel ab homine propter offensam futuram, declarat Nauar. in cap. cum contingat. 2. causa nullitatis. pag. 2. de rescrip. & in manuali confess. cap. 27. numer. 10. pag. 626. D. Couar. in cap. Alma mater. 1. part. 9. de sententia excomm. libro sexto.

¶ Uterius dixi, in singulares personas professionem christianam habentes lata. Per hoc tangitur materialis causa circa quam. Nam excommunicatio in hominem christianum ferenda est: nam Iudaeus, infidelis, seu Saracenus cum extra ecclesiam sint, & ideo iuxta apostoli dictum. 1. ad Corint. 5. de his qui foris sunt, nihil ad nos cap. Gaudemus. de diuort. excommunicandi non sunt. Quia qui nunquam fuit in ecclesia, ab ecclesia separari non potest, cum priuatio praesupponat habitum praecedentem illius rei, a qua quis priuatur. l. decem. ff. de verborum obligat. cap. ad dissoluendum. versi. Quo circa. de despons. impube. ubi Praeposit. numero primo. capit. quod uero non formatum. 32. quaestione secunda. l. nominationes. in fin. C. de appel. l. & ideo. ff. de don. inter vi. & vxor. l. 5. si nec. ubi Iaso. num. 6. ff. de iur. iur. l. eius qui in provincia. 5. quod si stipulatus. versi. quoniam tunc non possent. ubi Paul. numero tertio. ff. si cert. pe. ta. Et ita procedit tex. in cap. omnis Christianus 11. quaestione tertia. Item homo, & non vniuersitas, seu Collegium excommunicari debet. Et id eo ferri debet contra singulares personas, quae culpabiles vniuersitatis, seu Collegij apparuerint. c. Roma.

Roma. §. in vniuersitatem. de sententia excomm. libr. 6. ubi late declarauit ann. 1549. Salmantica legendo. Specu. de sententia excomm. §. 1. numero nono. Felinus in cap. dilect. v. num. 6. de exceptio. Areti. in cap. cum tu. numero primo. de testib. Bonifaci. in clem. Frequens. num. 162. de excess. praelat. Richard. in 4. senten. distin. 18. arti. 5. quaestione tertia. ¶ Dixi, a communione ecclesiae & fidelium. ut in cap. nihil. & cap. canonica. ibi. & a consortio totius Christianitatis eliminamus, quousque & c. 11. quaestione tertia. capi. de viduis. 27. quaestione prima. cap. tam faceret. 24. quaestione tertia. cap. si quis laicus. 11. quaestio. 3. cap. a nobis. de excep. & ibi Anchar. capi. sicut nobis. de sententia excomm. gloss. in capit. 2. de offic. ordi. glo. 1. in capi. cum non ab homine. de iudic. gloss. in cap. duobus. isto tit. de sententia excomm. l. 5. tit. 9. parti. 1. Est notandum, quod duplex est excommunicatio, quaedam maior, alia uero minor. ut colligitur ex cap. si celebrat. de cleri. excomm. ministran. Illa prohibet hominem a communione sacramentorum, & hominum actiue & passiu, quia nec ipse potest alij alioqui sine peccato, nec alij cum eo. ut in capi. illud. de cleri. excomm. ministran. & supra dictum est. nec administrare sacramenta sibi, nec alijs, nec recipere. Et si durante excommunicatione celebret missam, irregularis efficitur. dict. cap. si celebrat. l. 1. titul. 9. part. 1. capitulo primo. de sententia excomm. libr. 6. & capitulo primo. de sententia & iudi. libro sexto. quae probant talem irregularitatem a solo Papa dispensabilem esse. De hoc alibi in tracta. irregularitatis actum est. Et plura damna incurrit homo propter excommunicationem, quorum vnum in hac lege. 1. exprimitur. aliud in capit. intelleximus. de iudi. & in capit. decernimus. de sententia excomm. libr. 6. aliud in dicto capitulo. si celebrat. & in capitulo primo. de re iudi. libr. 6. Et a contrario explicantur in l. 6. ubi Grego. Lopez. tit. 9. parti. 1. Traditur Satanam, si excommunicatio iusta est cap. omnis christianus. 11. quaestione tertia. & eo vitur diabolus, ut homo vni solet iumento, seu peccore. gloss. in cap. audi denique. 11. quaestio. 3. in glo. 1. quam laudat Panorm. in capi. si quis numero tertio. de reb. eccle. non alieni. Hostien. & Ioan. And. in capit. quoniam. de Iudae. Cui tamen est glo. simi. in capit. plerumque in glo. in verb. & a porcis. 2. quaestione. 6. aliud in capit. postulationis. de cleri. excomm. ministran. ubi collatio beneficii facta excommunicato non valet. Dixi in capitulo primo. de resc. libr. 6. ubi habetur scriptum ab excommunicato impetratum inualidum esse extra casus sibi expressos. Et quod excommunicato beneficia conferri non possent. Tenet Rebuff. in concordata de possess. pacificis. num. 205.

versi. Decimoquarto. Staphile. de literis gratiae & iustitiae. titul. De vi & effectu clausula. fol. 65. col. 2. Nauar. in manua. confessio. capit. 25. numer. 139. & alibi sepe. Item vassalus non cogitur durante excommunicatione domini, ei seruire. cap. quoniam multos. 11. quaestione tertia. ut habetur in 6. volu. tract. diuers. docto. fol. 185. numer. 37. Quod intellige dominum visitando, vel conueruendo, in equitando, in cundo, in cibo, & potu, vel ei curiam faciendo, in quibus omnibus abstinere debet vassallus ab eo, sicut a ceteris excommunicatis, & sic non facient ei exercitum, non ibunt cum eo ad bellum, non defendent eum, nec auxilium prestabunt: tamen tributa, & pensiones, & debita soluent, praesertim si in obligatione est interpositum iuramentum de soluendo. Hugut. & Cardin. in cap. nos sanctorum. art. 2. colum. 1. 15. quaestio. 6. Item ecclesia non orat pro excommunicatis, quod in Parascene ecclesia pro Iudaeis, & Paganis orat, sed non pro excommunicatis. optime probat Caietan. in 1. tomo opusculorum. tract. 19. De excommunicatione quaestio. vnica. ubi alia plura damna enumerat, quae excommunicato proueniunt. Item excommunicato non est concedenda in integrum restitutio, secundum Panorm. Imol. Fel. & Paul. Parisi. in cap. significauerunt. numer. 44. de exceptio. Petrus Duenas in tract. regula. cum fallent. regula. 270. incipit. Excommunicatus non potest. ¶ Item etiam excommunicatus non excusatur ab his quae sunt oneris, ne ex sua malitia commodum consequatur. Ideo tenetur dicere horas Canonicas tanquam particularis & secreti in modum suffragij. Ioan. monach. Innoc. & Io. Andr. columna tertia. in capitulo primo. de sententia excomm. libr. 6. glo. in cap. 2. de cleri. excomm. ministran. & glo. in cap. presbyterum. 28. distin. in gloss. vltim. Quam notabi. dixit Philip. Deci. in cap. intelleximus. columna secunda. numero quinto. de iudi. & in capi. cum inter priorem. columna prima. numero primo. de exceptio. Tenet Goffred. in sum. de cleri. excomm. ministran. §. Est autem sciendum. Hosti. in sum. eiusdem tituli. §. 1. versi. excommunicatus. Ioan. Montaigne in tract. de bigamia, quaestione quinta. num. 25. Hierony. Gigas in tract. de pensioni. quaestione. 64. Archiep. Florenti. 3. part. titu. 24. cap. 76. columna secunda. Angel. verb. Degradatio. quaestio. 8. & in verb. Hora. quaestione tertia. Albert. Troti. libro secundo. de vero & perfecti. cleric. capitul. 41. numero. 10. Communem dicit post Nauar. Couar. in rep. capitul. Alma mater. 1. part. §. 3. numero. 8. fol. 28. columna prima de sententia excomm. libr. 6. & libro tertio. Variarum resolut. cap. 13. num. 8. versicu. 12. hinc etiam deducitur. Idem concludit dicendum in deposito & de grada-

gradato, vt ibi per eum in vtroque loco videbis. Facit gloss. fin. in cap. dictum. 8r. distinctione. dicens clericum depositum viuere teneri secudum regulam ecclesie quam commend. Philipp. Franch. in capitul. degradatio. num. 4. de poen. libr. 6. ergo pro opinione communi supra adducta Nicol. Plou. in tracta. de horis canonicis. eandem conclusionem probat in. 1. part. quaestio. 12. & Albertus Ferrari. in tract. de horis canoni. numero. 16. Deci. in dicto capitulo. cum inter. column. 7. numer. 23. de exceptio. In modum ergo suffragij tenetur excommunicat^{us} horas canonicas dicere tamquam particularis, & sine communicatione alterius: nam priuatus non debet exercere officium, donec sit restitutus. capit. episcopus presbyter. 1. quaestio. tertia. Et idem est text. in capit. ad praesentiam. de appellatio. vbi etiam solenniter diuina non punitur, si ante incursum sententiae excommunicationis legitime appellauit, ex eo quod interim celebrasse constiterit, si autem eo. text. non constaret de legitima appellatione a sententia excommunicationis, puniretur, cum aduersus praecipuum ecclesiae id fecisse appareat. Ea enim, quae sunt oneris, propter excommunicationis censuram non tolluntur ab excommunicato sed tantum ea quae sunt honoris, ne ex sua malitia commo dum reportare videatur. Panormi. in capitul. intelleximus. numero quarto. de iudi. & iterum in cap. cum causam. num. 9. de iuram. calum. Ideoque quauis teneatur dicere horas canonicas, & in hoc grauetur sub poena peccati mortalis tanquam si non esset excommunicatus: ne stultus sit melioris conditionis, quam sapiens. Nihilominus durante excommunicatione non facit fructus beneficij suos, & tenetur, si quos perceperit, ad restitutionem, cum a communione ecclesiae sit priuatus, merito & ab eius commoditatibus erit separandus. text. vbi Panormi. in cap. pastoralis. §. verum. numer. 18. de appellatio. gloss. vlti. ad fin. in cap. iudeat. 50. distinctio. Robert. Maranta. in specul. aduocat. pagin. 489. in. 6. part. §. secundus actus principalis qui emergit in hac vltima parte iudicij est appellatio. num. 168. versu. Item potest iudex. Et Hieronymus Gigas. de pensionibus ecclesiasticis. quaestio. 64. in princ. Archiep. Florenti. 3. part. titul. 24. cap. 76. columna tertia. Paludan. in. 4. sentent. distinctio. 18. quaestio. 4. columna secunda. Card. in cap. perpendimus. column. 3r. de sentent. excommuni. 1. 3r. & ibi Gregor. Lopez. tit. 9. part. 1. Excommunicatus nil nomine ecclesiae possidere potest. ca. si quis presbyter. 7. quaestio. prima. Tradit Couarr. libr. 3. Variarum resolut. capi. 13. numer. 8. versu. Duodecimo hinc etiam deducitur. Sed vti plenorem declarationem habemus in isto puncto practicabili fa-

ciamus aliquas conclusiones, quarum prima sit. Iuste excommunicatus redditus beneficij amittit, nec cessante excommunicatione eos recuperabit. Gloss. percipienda in. 1. inter quos. §. damni. ff. de dam. infect. gloss. in cap. pastoralis. §. verum de appellat. vbi Hostien. Henric. Panor. Collectari. numero tertio. Franch. & Deci. text. in. 1. cum allegatis. C. de re mili. lib. 12. & ibi Rebuff. 1. 3r. tit. 9. part. 1. & est opinio communiter recepta. Intantum locum habet, quod quauis suspensus a beneficio propter crimen ex redditibus beneficij, alimēta sint ministranda, ne is cogatur mendicare, grauat inopia, in opprobrium ordinis clericorum ex glo. & docto. in dict. §. verum. & glo. in. 1. capit. cum Vitoniensis. verb. admiserant. de elect. Panor. in capi. apostolicar. columna tertia. & Felin. num. 9. de exceptio. qui intellexit hoc locum habere, nisi clericus suspensus fuerit propter contumaciam: tamen excommunicato nihil ex redditibus ecclesiae datur, etiam si is egenus & pauper sit, cum in eius potestate sit, se retrahere ab excommunicatione, quae medicinalis in obediente est. Glo. & communiter doctor. in dict. §. verum. Couar. libro tertio. Variarum resolutio. capitulo. 13. Secunda sit conclusio. Fructus beneficij excommunicato iniuste sunt illi restituendi, probata iniustitia, ex mente praemissorum Doctorum. 1. 3r. titul. 9. part. prima. Conclusio tertia erit. Fructus medio tempore percepti excommunicato iniuste sequuta absolutione ne minime sunt restituendi, nisi expressē in sententia Papae fuerit expressum quod ei restituantur argum. cap. quauis. & quae ibi late dixi legendo Salmanticae de resc. lib. 6. gloss. in capit. super causa. 2. quaestio. quinta. & ita procedit gloss. in. 1. cap. contumaces. 50. distinctio. vbi late per Praeposit. Alexan. Ioan. Copum in tract. de fructibus vltim. part. capitulo quinto. numero secundo. Conclusio quarta. Circa fructus, qui distributiones quotidianae dicuntur, de quibus dixi remissiuē in. 1. 8. in gloss. 2. titulo secundo. libro primo. supra per extrauagan. Cum nonnullae, de praeb. inter communes est, talis fructus ecclesiastici deputati in interestibus diuinis officijs tantum, praesentibus tantum ratione interestentiae statim accrescunt, & ideo excommunicato non restituuntur, qui praesens illis non fuit. gloss. in clementina secunda. de vita & honesta. cleri. verb. Suspensus. quae ait, fructus tales acquiri ecclesiae. Ad idem glo. in clementina secunda. verb. pars dimidia. de artat. & qual. Limita tamen, nisi excommunicatio esset iniusta, & per excommunicatum non stetit, quominus absolutus esset, nec mora ei posset imputari in petenda absolutione, & damna esset protestatus ob grauenam, quia id per eum non stat, ac

stat, ac proinde cum sit absque culpa, non est ei imputandum, nec alij sua iactura sunt reficiendi. Faciunt quae in specie huius declarationis scribunt Praeposit. Alexandri. in dicto capitulo. contumaces. 50. distinctio. sum. Pisana. verb. Excommunicatio. colum. 21. versu. Clericus excommunicatus. Aduertendum tamen est, quod inique excommunicatus tunc demum quotidianas distributiones exigere poterit, cum eo tempore, quo excommunicatio iniusta in eum fuit lata, praesens erit in loco beneficij sui, eratque solita diuinis officijs ante impedimentum excommunicationis adesse non alias, secundum Felin. in capit. apostolicar. numero. 12. de exceptio. Couar. libro tertio. Variarum resolutio. capitulo. 13. quauis contrarium teneat Dominic. in dicto capitulo. contumaces. 50. distinctio. Cuius opinio vera est in eo, qui ante excommunicationem non consueuerat diuinis officijs adesse, is enim ne quaquam habebit quotidianas distributiones eius temporis, quo inique fuerit excommunicatus: quauis autem non accedebat ad ecclesiam, nec lucrabatur quaequam, ita est praesens durante praemisso impedimento idem facturum. capit. exaudijs. de praesumptio. Sed si non accessisset, nullam emolumentum, nec interesse consequi poterit. Ergo & in specie proposita. Et est optima declaratio in actu pratico, & saepe contingere solet ideo memorata commendandum iure optimo esse. Est etiam aliud incommo dum, quod quauis excommunicatus non percipiat fructus beneficij, teneatur tamen ad onera ipsius persoluenda, vt ad solutionem pensionis, & subsidij, ex mente Bart. Alberi. Angel. & Paul. Castren. qui hoc praecipuum videtur in. 1. inter quos. §. damni. contra glo. 3r. ff. de dam. infect. & contra Bald. in. 1. fina. columna prima. C. de bon. aut. iud. poss. tenet expressē Couar. vbi supra. cap. 13. fol. 225. columna. 1. post Hierony. Gigant. quaestio. 64. Sed tamen pro rata fructuum, cum sit onus reale, tenebitur solvere percipiens fructus, non excommunicat^{us}, cum ex fructibus beneficij, quis teneatur ad soluedam pensionem, & ratione beneficij, super quo impositum est tale onus, & sic non debet extendi ad propria bona excommunicati, quae seorsum a beneficio possidet quocumque modo, tam etiam ex capit. quia diueritatem. de concess. praeb. quae Curran. inducit pro hac sententia in dict. l. vlti. quem refert, & veriore opinionem existimat esse Couar. vbi supra. Quam glo. Bald. Cumia. & alij probant, quam ipse semper probandam censet, reiecta Bart. & aliorum censura, de quibus supra. Item quauis hodie ante denunciationem in actum specialiter & expressē quis non teneatur vitare excommunicatum, vt cautum est in extrauagan. Ad vitandum scandala. in pragu. sancti.

gallicana. impressa. fol. 103. columna prima. tamen ipse excommunicatus cum alijs communicando peccat, quia in hoc non releuatur, vt ibi habetur, subiiciens. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodo libet suffragari. De improbitate enim sua, vt ibi verbo. releuare, ait Cosmas Guimier, non debet commo dum consequi. Ita que fallo. ff. de furt. Ergo sicut supra dictum est quod peccat, & hodie peccat, cauit communicando alijs, sine publicis, sine secretis sit excommunicatus. Tum, quia facit contra praecipuum ne cum alijs communicet, & ita communicatio alijs peccat. cap. pia. de exceptio. libro sexto. Tum etiam ex Innocen. in cap. illud. per tex. ibi. de cler. excomm. min. 1. & ibi sensu gloss. vitari. Panorm. in cap. exceptio. num. 28. de exceptio. & in cap. nulli. numero tertio. de sententia excommuni. & in capit. si quis presbyter. num. 9. eod. titul. Nauar. in cap. cum contingat. versu. Sexto infertur. pagin. 169. de rescrip. Archiep. Florenti. 3. part. titul. 25. capitulo secundo. §. 2. Gabriel in. 4. de ten. distinctio. 18. quaestio. 2. dubio. 5. Sum. Pisana. verb. Excommunicatus. fol. 8. columna secunda. Est alius effectus, quod excommunicatus non potest facere testamentum, secundum Paul. Castren. in. 1. is cui lege. numero secundo. ff. de testam. Et quod ita sit intelligenda sententia Archidia. in capitulo primo. de exceptio. libr. 6. tenentis excommunicatum testari non posse, nempe de publico & denunciato, alias em actiue & passiuē habet testamenti factionem secundum communem, teste Io. Dilecti Durantis in arte testandi. citu. De his qui non habent testamenti. cantela. 10. numero primo. De tamen dic, quod excommunicatus & denunciatus poterit testari secundum communem, teste Arcti. in. 1. si que ramus. numero tertio. De testam. Felin. in capit. ad probandum. numero primo. De re iudic. Vt tamen antequam testari queat, est videndus Card. in capitulo. veritatis. de dolo & contu. & in reper. capit. perpendimus. de sententia excommuni. remissiuē per Casarem Lamberti. de iure patrona. folio. 62. columna secunda. numero primo. vbi tractat quae sint praemissa vel prohibita excommunicatis. In hoc tenet posse in capit. cum ex voluntate, dicit communem & Barba. in clem. excommunicatio. nis. num. 21. de exceptio. & Philippus Franch. in rubri. de testam. libro sexto. num. 37. quaestio. 16. Guiliel. Bonedi. in reper. cap. Raynucius. verb. mortuo que testatore. 1. de testam. numer. 289. Deci. in capit. intelleximus. columna secunda. numero quarto. de iudic. Optime Ioan. de Ligniano in tract. De censura ecclesiastica. §. 16. numero primo. in. 9. volu. tracta. diuersorum. fol. 299. secundum

dum impressionem Lugdunens. An. 1544: Doct. Couar. in rubri. de testamen. 2. part. numero. 18. Probatur. Nam editum de testamentis, est prohibitorium, id est, quod omnes admittuntur, qui expressa legis prohibitionem non inveniuntur exclusi. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. §. fin. In istis quibus non est permissio, face. testam. l. si queramus: ff. de testam. Excommunicatus etiam denunciatus non reperitur prohibitus, ergo non est excludendus a testamenti factio. Plures effectus, quos inducit excommunicationis. Item excommunicatus est infamis. Ludou. Roma. singul. 675. & 681. Tiraquell. de viro que retract. libro primo, glo. 9. §. 1. numero. 271. fol. 90. columna prima. ¶ Quæri solet, Vtrum excommunicatus censetur quis, si iudex ei dicat sub excommunicationis pœna hoc facias, vel non facias? In quo dubio plures censent comminationem, & non excommunicationem ex his verbis Inferri. vt est glo. in cap. Salomitan. 63. distinctio. & gl. in cap. 2. de matrimonio contra interdict. eccle. glo. in cap. vni. de sagitta. glo. in cap. relatum. in glo. fin. de iur. patro. quæ probat prædictum præceptum factum à iudice sub pœna excommunicationis non inducere excommunicationem, sed comminationem, ideo opus erit noua excommunicationis censura. glo. in cap. sicut tuis. de simoni. glossa. in capitul. cum viles. in glo. fin. de testament. Panormi. in capitul. clericis. numero quarto. ne clericus vel monach. Idem in capitulo primo. nu. 11. de locat. Syluest. Prieri. in summ. verb. Excommunicatio. 7. quæstio. 8. Et est verior sententia secundum Ioann. in summ. Confesso. libro secundo. titu. 4. quæstio. 2. & lib. 3. tit. 33. quæstio. 69.

¶ Quam conclusionem intelligas, nisi cõstaret de voluntate iudicis proferentis esse in contrarium, secundum quam regulari oportet valor censura, & vinculum excommunicationis, ex mente summae confessoris in locis præcitatis. Et Angel. in verb. Excommunicatio. 2. §. 8. glo. optima & communiter recepta in capi. Apostolica. de clerici. excomm. in iust. notanda secundum Ioann. Lup. in rep. cap. per vestras. §. 18. numer. 23. de dona. inter vi. & vxor. Præposit. in capit. fin. numer. 6. distinctio. 18. colum. fin. vbi dixit communiter recepta facit. l. non omnis. ff. si cert. pet. quod actus agentium vltra eorum voluntatem non valent. Præter ea ex hoc anno notandum erit, quod si excommunicatio lata fuerit contra aliquem debitorem nisi satisfecerit creditor in tra certum terminum, quod creditore volente vt intra illum non soluat, eo elapso, nõ erit excommunicatus, & censetur pro

rogatio facta ex iudicis permissione, quia fuit secundum intentionem partis fulminata. Panorm. in capi. præterea. 2. columna secunda. numero. 4. de appell. & ibi Cardinal. Idem Cardinal. in clementina prima. §. non itaque. quæstio quinta. num. 18. de iur. Syluest. verb. Excommunicatio. 2. versi. 13. Panormi. in capitulo primo. numero. 7. de locat. De hoc latius dixi in capitulo secundo. de mutu. peti. Declaratur secundo. quando iudex profert excommunicationem sub conditione, nempe dicendo, Excommunico omnes, qui arma portauerint, vel ordines furtiue susceperint quia contra faciem erit rebellis excommunicatus. glossa. in cap. vni. de sagitta. capit. à nobis. 1. de sententia excommu. capitulo secundo. de consil. lib. 6. cap. præterea. 2. de appell. glossa prima. in capitul. biduum. 2. quæstio. 6. Panormi. in cap. significauerunt. columna quinta. numer. 11. de testi. & in cap. procurationes. numero octauo. de cens. lib. ideo que consulentes semper attendant mentem proferentis potius, quam corticem, seu formam verborum in prolatione excommunicationis, & de eius valore respondere conentur, cum hoc sit vtilius animæ. præ. significasti. 2. de homicid. cap. iuuenis. de sponsalib. ¶ Item est notandū quod semel excommunicatus & denunciatus, semper præsumitur esse & persistere in eadem censura, & erit vitandus, nisi ostendat ab ea absolutum fuisse, ideo semper custodiat literas absolutionis, vt euinet pœnam huius legis. per regulam, Semel malus. de regul. iur. lib. 6. Hanc sententiam probat glo. in cap. proposuit. de cleric. excomm. in iust. vbi Panormi. & communis. cap. sicut nobis & ibi Panormi. de sententia excommu. Fel. in capitul. scribam. numero tertio. de præsump. Rot. in antiquis decisio. 238. Anchar. consil. 64. Nicol. Euerardus in topicis iuris. cap. 42. Alciat. in tract. præsumptio. reg. 2. præsumptio. 6. Couar. in rep. cap. Alina mater. 1. part. §. 2. nume. 6. de sententia excommu. lib. 6. qui post Alciat. loco præcitato hanc opinionem inquit procedere, quando quis fuit simpliciter excommunicatus, & nobis cõstat incidisse per literas, seu iudicis præceptum de præfenti, non tamen si sub conditione esset lata, nam in ea locum non habet hæc præsumptio: potuit enim qui excommunicatur pendente conditione satisfecisse. Idem tenuerunt Domini. de Rot. in nouis. decis. 444. Item etiam quo ad eum communicantes, & in eorum comunodum præsumitur absolutus, si communi opinione existimabatur iam absolutus & liber ab excommunicatione. Item etiam si esset elapsum tantum tempus à tempore excommunicationis, vt attenda qualitate loci & personæ, præsumendum esset arbitrio boni viri absolutum fuisse, & ad gremiū ecclesiæ rediisse.

rediisse. secundum Panorm. & docto. in dict. capit. proposuit. vnde inspecta integritate illius, qui omissum fuit excommunicatus, eiusque propriæ spiritalis curæ & sollicitudine, liceret cum eo communicare absque villo criminis & pœnæ periculo, secundum Henric. in cap. cum desideres. de sententia excommu. Syluest. verb. excommunicatio. 3. dubio. 7. Couar. vbi supra. §. secundo. numero. 6. Bartholomæus Fumeus in summ. aurea. verb. Excommunicatio. §. 62. Hodie tamen non tenetur quis excommunicatum vitare ante denunciationem specialem factam à iudice, vt euitentur altercationes iuris communis, & consilium præstaretur hominibus bonæ conscientiæ, ex præmissa extrauagant. Ad vitandum scandala, quæ optimè refert & declarat D. Couar. in cap. Alina mater. §. 2. num. 7. de sententia excommu. lib. 6. & congerit ad pondus eam referentes. refert idem Couar. in epitome. 4. Decretalium libro secundo. part. cap. 6. num. 9. Dominic. Sof. in. 4. sentent. distinctio. 22. quæstio. 1. arti. 4. Bartholom. Fume. in summ. aurea. verb. Excommunicatio. §. 50. Fel. in cap. ad probandum. num. 8. versiculo secundo. limita. de re iudicat. Archiep. Florenti. 3. part. titu. 21. cap. 3. Angel. in summ. verb. Excommunicatio. 8. quæstio. 3. Syluest. eod. verb. in. 5. Gabriel. in. 4. sentent. distinctio. 13. quæstio. 3. notat. 3. quæ reperitur in actis Concilij Basiliensis. 2. tomo Concilio rum. fol. 646. Martin. Nauar. in ca. 1. §. labore. de pœnitentia dist. 6. Philipp. Decius in cap. à nobis columna secunda. versic. Nota secundo. numero quarto. de exceptioni. & ibi scripti dum legerem illum titulum in lectione primaria iuris Canonici pro illustri doctore Iubilato, & propter eius nimiam vtriusque iuris peritiã senatore Regio Domini nostri Regis Philippi huius nominis secundi, meoque olim selectissimo præceptore Domino Antonio ab Aguilera. Refero etiam & declaro in tract. de irregul. cap. de excommunicatione Ex quo Concilio constat ruc demum excommunicatum vitandum, cum ab ecclesia est denunciatus, & ab ea non sustinetur in cõmunionem hominum, vt etiam in præfenti lege Regia explicatur, & infra. l. 2. dicitur *ylas penas de la ley ante desta no sean executadas en aquellos excomulgados que por la yglesia son tolerados.* Et ita est intelligenda. l. 9. titu. 18. infra isto libro. ¶ Circa intellectum huius legis dubitatur, cum loquatur de excommunicatione maiori, nam de minori non est noster sermo, Vtrum excommunicationem præcessisse probetur per literas denunciatorias, vel requiratur monitorium probatio? Et videtur glossa. in capitul. licet. de sententia excom. per denunciationem, seu literas denunciatorias excommunicationem præcedentem probati. Quam ad hoc singul. dixit D.

Couar. in cap. Alina mater. 1. part. §. 3. nu. 1. de sententia excom. Probatur, quia cum quid præmittitur, aliquid præexistens, & secundum ordinem actus necessarium, tunc antecedens deducitur: sed ex consequenti, hoc est, per denunciationem constat de excommunicatione præcedente, ergo, & c. Lillud. ff. de acquiren. hæred. l. 2. & ibi Bald. C. de dot. promissio. Nota in cap. ex parte. C. de sponsali. vbi ex consequenti deducitur præsumptio ad antecedens. Soluit mihi vsuras, debitum principale fortis probatur. Ostendo literas gradus Licentiatas vel Doctoratas Salmanticæ habitas, iam inde ostenditur me Bachalarium fuisse. Iidem ostendo me in sacerdotio constitutum, deinde sine alia offensione literarum comprobatur me in præcedentibus ordinibus necessarijs insignitum fuisse. ¶ Nec obstat si dixeris, per saltum ordine prætermisso potuit denunciari, vel ad alios ordines seu gradus promoueri, vt contingere solet: quia cum habeat solum ordinem, & à communiter accidentibus præsumatur debitam formam præcessisse, non erit dubium, nisi quod restet deducatur omne necessarium præcessisse, & postmodum sequutam fuisse denunciationem. Et isto argumento tutus hanc sententiam veriorum sine distinctione existimat Decius in cap. pastoralis. §. verum. col. 1. vers. 4. nota q. denantiatio. nu. 4. de appell. Sed tamen argumentum à consequenti non semper præsupponit antecedens, nisi cum sit necessarium & omnino contingens. Cum ergo excommunicationem aliquando contingat nullam, aut inuisam præcessisse & defectu debite forme, & in re veritatis non fuisse excommunicatum, vel quia forte ad domum suam nocificata, & ei minime intimata nec aperta à suis familiaribus, & incusata contumacia sine eius culpa fuit petita denunciatio, non video, cur ex denunciatione tanquam excommunicatus sit habendus, nulla habita alia probatione, cum sit leuis & præsumpta probatio, excommunicatione autem aperitissimis documentis sit probanda, vt quis excommunicatus repelli possit ab agendo. capit. pia. de except. libro sexto. quo fit, hunc effectum præiudicalem minimè probari posse per vnum testimonium vel per firmam. Antonius in capitulo veniens. 1. colum. fin. de testib. Specul. titu. de notorio cri. §. fama. versiculo. Quid sit agendo. quod notandum & singulare dictum, & ita ab eo sententia definitum esse dixit Ludou. Roman. singul. 198. incip. Item querit, an vnus testis, secundum nouissimam impressionem habetur numero. 201. & ibi additio. Nicolai. & Gabriel Sarayne. Decius in capit. primo. de postula. prælat. numero. 27. idem in capitul. 1. numero. 23. de appella. l. iso. in rep. l. ad moneudi. nume. 284. ff. de iur. iur. Hippolyt. in rep. Tom. iij. M rub. C.

¶ Adde q. si
stud est ve-
rum quādo
agitur an vs
sit clericus
secus si tra-
ctor de ha-
bitate ad
beneficij ca-
pacitate. qz
secus. Vt in-
tra dicitur
ad l. 1. titu.
18. lib. 3. in
fra in princi-
pio.

rub. C. de probat. numero septimo. Ioan. And. & Domin. in cap. 1. de exceptio. in 6. Feli. in rub. de probat. numero septimo. De fama idem adnotarunt. Panor. & Deci. in cap. pastoralis. §. sexto. de offi. delegat. Couar. in cap. Alma mater. 1. part. §. 3. de sententia excommuni. libro sexto. Si ergo per famam, vel per vnum testem non inducitur probatio excoicationis, multo minus erit dicendum per literas denunciationis, per pramissa. His etiam ad stipulatur, quod per literas denunciationis excommunicationis non probetur quis excommunicatus. glo. in cap. pia. de excep. lib. 6. in verb. proprium nomen. quam ad hoc ordinat. dixit Philipp. Franch. in cap. dilectus. columna secunda. notab. vltim. num. 13. de appella. & videtur gloss. in cap. licet verb. nunciari. ibi. tertiam. tamen notat contrarium de sententia excom. Sed resoluere per vnicam conclusionem. Denunciatio quando obijcitur per viam dilatoria exceptionis ad repellendum aliquem ad tempus ne agere possit tanquam excommunicatus, sufficiens est, non tamen cum in vim peremptoria, & sic ad inducendum plenum praiudicium. ex gloss. in dict. capit. licet. Ludo. Rom. consil. 249. incip. Dum queritur. Deci. post Panor. ibi in capi. prudentiam. §. Sexta. dicens hanc communem opinionem. Idem notat Deci. in cap. pastoralis. §. verum nu. 4. de appella. Rota nou. decis. 252. incip. Licet sit certatio. sub titu. De exceptio. Couar. vbi supra. Denunciatio enim ex communi obseruantia totius orbis, nunquam solet dari, nisi pramissis monitorijs, ideo regulariter plurimum pro se habet praiudicium, ex tex. celebri in dict. extrauag. Ad vitadum. de causa supra habitum fuit, & in presenti, mandaron que qualquier persona que estuuiere de scomulgada por denunciacion de los perlados. Sed est dubium. Aliquis persistit in excommunicatione post denunciationem per multum temporis spatium, & fuit absolutus: tandem absolutione iam obtenta, & reuerso ad gremium ecclesie, accusatus fuit ad poenam huius legis in cursam: ipse respondet non persistere, nec esse in excommunicatione, & ostendit literas absolutionis: est dubium Vtrum sit nunc poena huius legis afficiendus? Videtur quod sic. Nam delictum quo ad euitandam poenam temporalem propter poenitentiam impositam a iudice spiritali non aboletur, nisi esset sufficiens in vtroque foro, & publice imposita, & alius puniri poterit a iudice laico. Tex. in capitulo statutum. versu. Per temporalem preterea de maledic. vbi delinquens in Deum per poenam impositam in foro ecclesie, non excusatur a poenale legumlatorum in foro temporali. cap. foelicis. de poen. libro sexto. nec potest reddi ratio specialitatis in eo, prout Docto. dicit, tenentes opinio

nem, quod punitus in foro canonico de crimine mixti fori, possit puniri iterum in foro Casaris. Et est communis opinio secundum Andr. Alcia. in capitulo perniciosam. numero. 128. de offi. ordina. vbi est text. pro hac conclusione. Secundo confirmatur. Nam quando aliquis delinquit in crimine mixti fori, facit iniuriam legi ciuili, & legi Canonice: quia venit contra precepta vtriusque legem traditis. tex. in epistola. Inter claras. §. liquet. & ibi gloss. in verb. seipsum. C. de summa. Tri. & fide catholi. Vnde succedit vera conclusio, quod faciens iniuriam duobus, tenetur ad satisfactionem vtriusque in solidum, nec per satisfactionem vnifaciam, liberatur ab altero. l. prima. §. fur tum. ff. si fami. furt. feci. dicitur. Bart. in l. tertia. §. si ad plures. ff. de sepul. violat. Nec potest dici, quod sapius inquiritur de delicto vnus hominis contra textum in capitulo. at si clerici. de iudic. de quo Augusti. Beroi. in capitulo primo. numero 92. de iudi. & Ioann. in summa confesso. libro primo. titulo quinto. questione decima. glossa. in capitulo. per hoc. verb. sententia. de hare. libro sexto. nam illud locum habet in crimine non mixto, & ab eodem iudice, secus in mixto, & propter diuersitatem offensarum. vel in vno loco non sufficeret quo ad vtrumque forum punito. Facit eleganter tradita ab Antoni. Burgen. in capitulo. vt mensura. columna tertia. de emptione & venditione. Nec obstat si dixeris, quod facta poenitentia censetur nouus homo, & sic tempore accusationis non reperitur nocens. ex gloss. in l. Imperialis. §. illud. C. de nup. cum alijs adductis in additis ad Segur. in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. numero. 73. ff. ad Trebell. & ab Hippolyt. singul. 639. nam non est puniendus prout ex nunc, sed prout ex tunc, nempe considerato tempore, quo commisit delictum, contemnendo clares ecclesie. l. prima. ff. de poen. De quo per Bald. in capitulo. cum olim. numero quinto. de restit. spolia. & in l. Titius. ff. de testam. milit. qui text. facit ad questionem de vulnerato tempore vnus iudicis, qui mortuus fuit tempore alterius, cui competat emenda. Per Boeri. decisio. quinta. numero decimo sexto. & ibi numero decimo septimo. & decimo octauo. & ad aliam questionem de qua per me in l. decima. versu. Quare clericus. titulo primo. libro tertio. ordi. colum. 803. Item aliquis misit sagittam ex confinibus Castellae, & percussit hominem existentem in confinibus Portugalliae seu en la raya, est questio, vtrum delictum fuerit commissum in Castella, vbi fuit delinquens, vel vbi fuit mortuus homo, vt puniatur in loco commisi criminis, & ad illum remittatur iuxta. l. 103. lib. pragma. regum catholi. Ad cuius solutionem vid.

vid. Bart. in l. quod ait lex. §. fin. numero quarto. ff. de adult. Panor. in cap. fina. num. 27. de foro comp. Inspeciendum ergo est tempus commissi delicti, & non sententiae ad imponendam poenam. Et sic excommunicatio in casu nostrae legis, cum admisit & perfecit crimen, claus diui Petri sic contemnendo, non petendo absolutionem eo tempore quo debuit, & ponit. Quare potest, Quis fuit excommunicatus ad petitionem creditoris, & processum fuit contra ipsum per censuras grauiiores ad denuntiationem vsque, non obstante comparitione debitoris allegantis & probantis se paupertate nimia pressum, & non esse soluendo, ideo humiliter petijt absolutionem: fuit dubium vtrum talis censura sit nulla, & iudex teneatur ipsum absolueri ante solutionem actualem? Facit quod excommunicari non debet, & lata erit relaxanda. Nam excommunicatio est ferenda in contumacem ratione et contumacia, qua cessante, non debet inferri, Beroi. cum sit obediens, & facit quod in se est, petendo absolutionem, dicendo suum infortunium, & inopiam, & continet preceptum impossibile, & errorem manifestum talis censurae comminatio, seu executio. capit. olim. 2. de resti. spoli. ibi, inanis est actio, quam inanis inopia debitoris excludit. l. nam is. ff. de dol. Iaso. in l. qui Romae. §. Augerius. numero quarto. ff. de verb. oblig. plura enim privilegia sunt tributa ratione paupertatis, de quibus per Archidiaconum Bellamer. & Prapost. in cap. pauper. n. questione tertia. Dixi in l. 1. gloss. fin. titulo. 16. libro tertio. supra. Et erit vnus in specie propolita: quia qui caret bonis, debitum est inexigibile, & inefficax redditur actio contra eum. arg. ca. Odoardus. de solut. Item excommunicatio non fertur, vt quis sit in ea perpetuo, sed vt eius timore perterritus, obediendo preceptis iustis ecclesie satisfaciatur. Si ei possibile sit, prout debet, & absoluat, vt omnia iura in sinuant. Ceterum si posset, & nolisset parere mandatis ecclesie, esset alijs poenis castigandus, & absolutionis beneficium concedendum a iudice eo inuito, ne indurecat, & fiat membrum omnino inutile. Facit. ca. presbyter. 82. distinctio. ibi, ne indurecat. quem pro notabil. refert Ioan. Lup. in rep. capit. per vltimas. §. 18. num. 17. columna quarta. fol. 66. de donat. inter vi. & vxor. & Iaso. in l. quod in suis num. 41. ff. de re iudic. qui dicunt iudicem ecclesiasticum teneri interloquutoriam sententiam excommunicationis latae contra aliquem etiam parte non petente, & manente contumacia excommuni. uicari, si viderit salutem illius expedire remittere, quando quidem propter excommunicationem efficitur deterior, ex quo videtur eam nullam vtilitatem afferri, sed contemni, & cum cesset ex ea medicina, debet contra illum rebellem illo remissum.

fo. alio vti remedio. Sententia fuit diui Thomae quam praedicti adducunt in qua sententiarum distinctio. 18. questione secunda articulo quarto. cuius dictum vltra alios refert & sequitur Franchus in capitulo primo. columna prima. numero quinto. de sententia excommuni. libr. 6. Barbat. in cap. cum venissent. numero. 100. de iudi. Steph. Aufreri. in decis. 218. versu. Quintimo si excommunicatus ex diuturno tempore. Panor. in c. significasti. numer. 7. de eo qui dux. in matrimonio quam polluit. per adult. Montalu. in l. 13. titulo. 9. part. 1. Pro qua conclusione est tex. in cap. ea vindicta. 23. questione quarta. ibi, Hic enim apertissimum exemplum dicitur, quo satis apparet posse peccatum amore potius vindicari, quam impunitum relinquere, vt illum quem vindicari non poena miserum, sed correctione beatum esse velit: paratus tamen sit (si opus fiat) a quo animo plura tolerare ab eo illicita, quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi, siue non habeat. Ad idem est tex. in cap. prodest. 23. questione quinta. ibi. Sed omnia consulendi charitate, & nihil fiat inaniter, nihil inhumaniter. Et praedictam sententiam communem dicit Panor. in cap. ab excommunicato. num. 20. & ibi Additio. de resc. Feli. in cap. 1. numer. 16. col. 7. de offi. deleg. vbi citat Ioan. Anti. & Hosti. in capitulo. Solent. de sententia excom. libro sexto. dicentes, quod poena excommunicationis imponi non debet, quoties verosimiliter speratur non timeri. Et quod etiam inuitus possit quis absolui post. S. Thomam loco citato, tenet Prapost. Alexandri. in capitulo. denique. in princ. numero trigesimo secundo. & ibi declarauit distincti. 4. Si ergo quando ille est contumax & tyrannus est absoluenus, quanto maiori ratione. quando est obediens, & impotens ad soluendum debitum in specie deducta? Nemo enim excommunicatur, nisi fur efficatur imposita debita materia, quae est peccatum mortale, & contumacia. capit. nemo. 2. n. quest. ad partem satisfaciendam, debet absolui praeserta cautio. Vt si deueniat ad priuorem sortem, nam soluere teneatur argumero. ca. Odoardus de solutio. & ista est communitas praxis traditis Na. in manu. c. 27. n. 43. versu. Presu. Tem. iij. M 2 ad ponemus,

† Adde. Socraticum in cap. postulat. si nume. 5. de foro competent. & Bartoli in libellorum nu. 7. ff. de accusatio.

† Adde q. si fur efficatur imposita debita materia, quae est peccatum mortale, & contumacia. capit. nemo. 2. n. quest. ad partem satisfaciendam, debet absolui praeserta cautio. Vt si deueniat ad priuorem sortem, nam soluere teneatur argumero. ca. Odoardus de solutio. & ista est communitas praxis traditis Na. in manu. c. 27. n. 43. versu. Presu. Tem. iij. M 2 ad ponemus,

ad medicinam, & non ad mortem sit inuenta. ca. cum medicinalis, de sententia excommu. libr. 6. cap. multi. 2. quæstione prima. gloss. in cap. corripiantur. 2. 4. quæstione tertia. gl. in cap. ex literis. 2. de spons. glo. in capital. venerabilibus. §. deniq; rector. in nodare. de sententia excommu. libro. 6. ¶ Dubitari poterit, An excommunicatio à iure diuino vel positiuo inuenta fuerit: Quòd à diuino, constat Matthæi. 18. vbi Christus loquitur de correctione fratris, & concludit dicens, sin autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. capit. nouit. de iudi. Apostol. 1. ad Cori. 5. quodam excommunicauit. transumptiuè in. c. sed illud. 45. distinctio. capi. audi. 11. quæstione. 3. cap. nemo contemnat. 11. quæstion. 3. vbi ex beato Chrysostomo in epistola ad Hebræos transcribitur, Nemo contemnat ecclesiastica vincula, nō enim homo est qui ligat, sed Deus, qui hanc potestatem dedit, & dominos fecit tanti honoris. Durand. in. 4. sententiarum distinctio. 18. quæst. 3. columna secunda. Alphons. à Castro aduersus omnes hæreses. libro sexto. verb. Excommunicatio. De antiquitate excommunicationis dixi in tract. De hæreticis in. l. 3. titul. 4. supra isto lib. 8. Et constat ex Cæsar. in suis commentarijs libr. 6. De bello Gallico. pagin. 211. Si quis (inquit) aut priuatus, aut publicus eorum decreto non steterit, sacrificijs interdicitur, ij numero impiorum ac fœderatorum habentur: ijs omnes decedūt, adi tum feronem que defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, nec ijs petentib⁹ ius redditur, nec honos vllus communicatur. Refert eum corrupte Tiraquell. De vtroque retract. lib. 1. §. 1. gloss. 9. numer. 271. vbi multa in materia congerit. Et prædicta verba ex Druidibus apud Gallos pulchra & admiranda esse, nullus dubitat, sin gula conferens cum nostra excommunicatione, vt adnotauit. Doctissimus pariterque generosus Doctor Didacus à Vera in relectione prima, quæ fecit Anno. 1563. Salmanticæ in cathedra Doctorum, directa ad Senatum Salmanticensem Doctorum in cap. sententia pastoris. 11. quæstione. 3. vers. Quibus censuris lex vetus. Illam relectionē referam ad fin. Commentariorum huius legis ad literam, in memoriam tanti Doctoris, & vt detur facultas vnicuique fruendi fructus bonarum literarum, & qui vtilis est ad intellectum & originē excommunicationum. De qua etiam origine habentur vestigia apud Platonem lib. 9. & 10. de ięgibus, & ad eum plura congesit. Filcinus. Couar. in cap. Alma mater. 1. part. in princip. numero decimo. de senten. excommu. libr. 6. & in libro primo. Variarum resolu. c. 18. num. 5. vers. Quinimo si lex secularis. Alexan. ab Alexand. libro tertio. dierum genialium. cap. 5. resolutiuè autem in quæ

stione proposta est dicendum, excommunicatio nis vestigia apud gentes, & in lege veteri in figura fuisse, non vt potestas spiritalis, sed temporalis. Potestas verò excommunicandi iure diuino tradita est ecclesie à Christo: forma tamen ipsa, & effectus, scilicet priuare hominem participatione sacramentorum, & suffragijs & orationibus, non est expressus in euangelio. Quia Seruator noster dominus Iesus sub hoc nomine neminem excommunicare iussit. Sed tamen ecclesia eandem potestatem sibi diuinitus concessam optime sic interpretata est: & ideo vsus excommunicandi, quem ecclesia seruat, hac ratione est de iure diuino, quod habet fundamentum in euangelio. Domini. Sotus in quarto sententiarum. distinctio. 22. quæstione prima. articulo primo. pagin. 996. versicul. Ex his autem occasio sumitur. ¶ Dubitatur, Vtrū semel excommunicatus amplius possit excommunicari, eadem prima excommunicatione manente? Respond. quòd potest. Ratio, quia excommunicatio quædam poena medicinalis est. capit. multi. secunda quæstione prima. & medicinæ iterantur secundum necessitatē in firmitatis, cū causa exigit, ergo & excommunicatio simili ratione iterari potest. Tenet diuus Tho. in. 4. setē. dist. 18. q. 2. ar. 3. q. 2. gl. in. c. Engeltrudam. verb. Anathemate 3. q. 4. glo. in cap. ex parte. de offi. ord. glo. in cap. cum pro causa. de sent. excom. glo. in. c. cita quorū dam. de Iudę. Panor. in. c. capitulū sanctæ crucis. col. 2. vers. Itē nota q̄ suspensus poterit iterum suspendi & excommunicari. de refc. & in. c. grauē. nu. 5. de sent. excom. & in. c. nullus. per tex. ibi. col. 1. nu. 3. de for. cōpe. & secūdū Andr. Falconē in addi. ibi ad eum illā opinionē dicit cōmunē esse. notat ipse Panor. in. c. tua nobis. col. 4. nu. 11. de appella. Nauar. in. c. ita quorūdā. notab. 11. pag. 207. de Iudę. omnino vidēdus. ¶ Quo fit excommunicatio à iure, & ab homine, iterū excommunicari posse Panor. in. c. accusatū. nu. 5. de simoni. Sicut excommunicatus ab hoīe poterit à iure excoīcari. ca. ita quorūdā. vbi gl. de Iudę. Et illic Panor. ponit effectus huius primæ, secundæ, & vterioris excommunicationis. ¶ Circa præmissa in dubiū versari sæpe solet, Vtrū excoīcatus, qui pluribus de causis & cēsuris est ligatus, teneatur oēs causas excoīcationis exprimere ad hoc, vt absolutionis beneficium quo ad oēs cōsequi possit. In quo dubio præsignāda sunt sequētes cōclusiones, quarū prima fit. Excoīcatus vnica tantū excoīcatione, pluribus tñ excausis, nō cōstet ab excoīcatione absolutus si in impetratione absolutionis causam aliquā tauerit. c. cum pro causa. de sententia excom. c. ex parte. vbi glo. & doct. de offi. ordina. Roma. conf. 326. l. 29. titul. 9. part. 1. San. Thom. in. 4. senten. distinctio. 18. quæstione. 2. articulo. 5. vbi Richard. arti. 10.

articulo decimo. quæstione tertia. Couarruias in capitul. Alma mater. prima part. §. vndecimo. numero decimo tertio. de sententia excommuni. libro sexto. qui intelligit prædictam opinionem veram esse, quoties causa tacita, fuit æquè principalis ad excommunicandum: alio qui valet absolutio, secundum Panor. & Henri. in dicto capitulo. cum pro causa. Felin. in capitulo. quod super. ad fin. de fide in stru. docto. in clementina secundā. de sententia excommu. Ex quibus manifestè deducitur, etiam absolutionem validam esse in hoc casu, si causa, quæ expressa non fuerit, minime auertisset prælatum ab absolutione, licet expressus esset significata. Ita post Paluda. sensit Couar. loco proximè citato. Qui Pulchra etiam propositis similibus adducit lib. Varia. cap. quem refert D. Antoni. Quæstada libro primo. Diuers. capitulo sexto. num. 2. Secunda conclusio. Pluribus excommunicationibus ligatus petens ab excommunicatione absoluti, vnus tantum mentionem faciens, à reliquis non expressis, non censetur absolutus, etiam si in definita fuerit ab excommunicationibus absolutus, refertur etenim hæc absolutio in definita ad excommunicationem in petitione commemoratam. ex. l. si de certa. C. de transactio. glossa in dicto capitulo. ex parte. & in citato. capitulo. cum pro causa. vbi Antoni. Henri. Panor. & Felin. Anchar. in clementina secunda. de sententia excommu. San. Thom. in. 4. distinctio. 18. quæstione secunda. articulo quinto. Couar. vbi supra. qui intelligit, procedere, etiam si absolutio ab excommunicatione generalis sit, nam ad expressam, & petitam tantum refertur, propter rationem dict. l. si de certa. ¶ Tertia conclusio. Excommunicatus pluribus excommunicationibus vnica tantum absolutione ab omnibus absoluitur, si omnes fuerint absoluenti expressæ, & significatæ. arg. l. ex pluribus. ff. de acceptilatio. Et est cōmunis sententia in hac conclusione secundum in locis præcitatis, nec continet aliquam controuerfiam secundum Couar. loco præmemorato. ¶ Quarta conclusio. Qui excommunicatū potest ab omnibus excommunicationibus absoluere, vnica tantum absolutione omnes tollit, non tantum sibi expressam, vbi scientiā omnium excommunicationum habens, in diffinita excommunicatū absoluerit, hoc sanè ex ipsius absoluentis mente præsumpta, vt notat Henri. in. c. cum pro causa. de senten. excom. Ioan. in sum. confessorum. lib. 4. tit. 33. quæsti. 10. Couar. vbi supra. ¶ Quinta fit conclusio. Ligatus pluribus excommunicationibus, ab omnibus, etiam vnica tantum expressa in petitione, absolutus cōstet, quoties qui absolutus, ita generaliter dixerit, Absoluo te ab hac excommunicatione, & ab omnibus alijs, quibus ligatus es, qua

rū nec memineris, nec memoriā habes, ea enim est absoluentis mens, vt & ad oēs alias excommunicationes velit absolutionē extendi. Ita notat in specie Ioan. in sum. confess. & Henri. in locis proximè adductis. ¶ Sexta assertio. Absolutio in diffinita ab excommunicatione, exhibitæ ei, qui pluribus est excommunicationibus ligatus, vnica tantum in petitione nominatim expressa, etiā quo ad alias sufficit, quoties verisimili cōiectura præsumi poterit, absoluentem, & à tacitis excommunicationibus nihilominus absoluturum, si earum scientiam habuisset. Palud. in. 4. sentē. dist. 18. q. 5. col. pen. vers. Quarta. ¶ Septima cōclusio. Præmissa conclusiones locū habent, cum absoluentis habere potest absoluendi ab omnibus excommunicationibus, alioqui nulla posset contingere ratio dubitandi. ¶ Octaua conclusio. Pluribus excommunicationibus ligatus, pluribus absolutionibus, vel vnica ab omnibus absoluitur. tex. gl. & communis. in. c. cum pro causa. de senten. excom. Quæ cōmunē dicit Couar. in repe. c. Alma mater. 1. par. §. 11. de senten. excom. lib. 6. ¶ Nona cōclusio. Absolutio ab excommunicatione, ob tēta ex falsa causa, est nulla, nec prodest excommunicato. c. officij. de sent. exco. c. cū pro causa. eo. tit. gl. in. c. ex parte. de offi. ordi. Tho. in. 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 5. l. 29. titul. 9. part. 1. Couar. omnino videndus in. d. §. 11. nu. 14. vers. Septima conclusio. ¶ Decima cōclusio. Excommunicatus pluribus excommunicationibus à diuersis iudicibus, debet impetrare absolutionē ab vnoquoq; ex iudicibus illā proferēte, cum illius sit absoluere, cuius fuit cōdēnare. Pan. per tex. ibi in. c. officij. de sent. exco. Palud. in. 4. sentē. dist. 18. q. 5. col. 3. in ar. 3. & Richar. q. 3. ar. 10. Pan. in. c. prudentiā. §. si verò. nu. 5. de offi. deleg. tex. in. ca. pastoralis. §. præterea. de offi. ordi. vbi vnus prælati nō pōt tollere sententiā ab alio latā. ergo & c. ¶ Quartur, Vtrū excoīcatus, vel suspendus aliquē iniuste, teneatur ei refarcire dānū & inter esse? Respō. teneri. gl. in. c. ad reprimendū. de offi. ordi. tex. & glo. in. c. si canonici. §. si autē causa. de offi. ordi. lib. 6. ca. 1. §. superior verò. de sent. excom. lib. 6. ibi, latorē excoīcato ad expensas & omne interesse cōdēnetur. Pan. in. c. 1. nu. 34. vbi dixi. vt lit. non contest. Suadetur: nam dānū alteri illatum, qui fuit causa damni, tenetur ad satisfactionem læso. c. fin. de iniur. imò non solum in specie proposta poterit agere ad interesse, sed etiā actione iniuriarū contra excommunicatorem. glo. in cap. non in perpetuum. verb. sacri legij. 2. 4. quæstione tertia. tex. in capitulo. illud. ead. causa & quæstio. vbi gloss. Ad idem tex. in cap. sacro. de senten. excommu. ibi, Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione cōstiterit, excoīcator cōdēnetur excoīcato & c. Fa.

cit ratio pro comprobatione. Nam qui aliquem denunciatur excommunicatum, implicitè eum inhonestum vocat, cum excommunicatus persona infamis & inhonestus censetur. secundum Anto. Butri. in cap. constitutus. columna secunda. libr. Marti. Naqar. in rep. ca. cum contingat. pag. 168. de rescrip. probat Regia. l. 20. titul. 9. parti. prima. Et quod excommunicatus sit infamis, notat Roma. ling. 677. & 682. Tiracquel. de vtroque retracto libro primo. §. 1. glo. 9. num. 271. ¶ Dubitatur, An absolutio ab excommunicatione peti possit per procuratorem? Dicendum est posse, dum tamen procurator habeat speciale mandatum ad ipsam petendam. Priorem partem probat glo. in cap. de manifesta. verbo. iudicauit. 2. quæstione prima. & gloss. in cap. quanto. verb. epistolam. 2. quæstio. §. Panormi. in cap. venerabilem. colum. 8. num. 23. de electio. Posterior partem conclusionis probat glo. in cap. qui ad agendum. verb. vel pacisci. de procur. libr. 6. Specul. titulo. de procurato. §. 1. num. 7. & ad eum ibi Ioann. And. Rotta noua decisio. 426. numero secundo. Archidiaconus. in ca. cum aliquis. numero primo. 11. quæstione tertia. Ratio quia beneficium absolutionis petenti tantum est concedendum. cap. legatorum. 24. quæstio. 1. nec inuitus potest absolui. glo. in cap. significasti. de eo qui dux. in matri. quam poli. per adult. Quam limita vt supra dixi ex sancto Thom. nisi propter excommunicationem efficiatur dietim deterior, quia tunc inuitus poterit absolui. Sequitur Iacobini. à Sancto Georgio. in l. nec emere. versiculo. Quæro circa. C. de iure deli. Et excommunicatus quod possit petere secundum styllum curiæ absolutionem per procuratorem, si ad id habeat speciale mandatum, quanuis de rigore iuris secus sit, tenet Ioan. And. post Hostien. in cap. cum desideres. de sententia excom. vbi latè Felin. numero. 2. Sed dic, quod licentia ad absolendum dari potest per procuratorem, ipsa tamen absolutio personalis est, quia debet esse ostendere verè poenitentem, & in absente non potest seruari forma absolutionis, quæ est per manus impositionem, secundum Pet. de Bellapertica in auten. Interdicimus. C. de episco. & cler. Innocen. in dict. ca. cum desideres. & quæ tradit Ioan. Milis in reperto. verbo. Excommunicatio. versic. Excommunicatus potest per procuratorem. fol. 67. colum. 4. Petito ergo absolutionis fit per procuratorem, executio verò absolutionis requirit presentiam domini, hoc est excommunicati, qui ostendere debet absoluenti signa contritionis, nec requiritur, vt personaliter excommunicatus compareat coram iudice excommunicato, sed iussit, qd petat per procuratorem syndicum, seu fiscalem si iudex est. ex Bal. in authen. interdicimus. nu. 2. C. de episco. &

cler. Et in practica est optima resolutio, & seruetur vbiq; de stylo curiarum. ¶ Quæro præterea, Vtrum iudex ecclesiasticus prima tonsuræ ordine tantum insignitus habens iurisdictionem excommunicandi, habeat per se sine commissione ad sacerdotem absoluedi, & sic quod talis possit immediate absoluerè excommunicationis vinculo à se ligatum? Et quanuis multi teneant absolutionem ab excommunicatione non posse præstari & ministrari, nisi ab eo, qui sacerdos est, quauis iurisdictionem habeat ordinariam, vel delegatam, tenendum tamen est de iure posse, etiam si exhibenda sit absolutio ab excommunicatione ab eo lata cum solenni forma. tex. in capit. à nobis. 2. de sententia excommu. Probat latè & eleganter Couar. in repe. cap. Alma mater. 1. part. §. 11. num. 10. versu. Post hæc meritò dubitatur, de sententia excommu. libr. 6. Sed tamen absolutionem semper iudices committere solent alicui sacerdoti, quod iustum & æquum esse constat, cum non sit ipse sacerdos, licet habeat iurisdictionem, actus tamen, qui fit per man. impositionem, ad sacerdotes pertinet, vt facentur agri, iuxta illud Matth. Super agros manus imponent, & bene habebunt. Et tenet Hosti. in sum. de sententia excom. §. quis possit absoluerè. Syluest. verb. Absolutio. 1. notab. 3. versu. Quintus. Cardi. in dicto capitulo. à nobis. 2. oppos. & plerique alij relati ab Hærico Botthæo in tract. De Synodo. 3. part. articulo. 5. quæsti. 12. qui suadet hanc opinionem tutiorem esse. Ideo q; cum sit decens & stylo comprobata, ab ea nõ erit recedendum, quanuis in puncto iuris prior esset probanda.

¶ Quæritur etiam, Vtrum lex ista pœnalis in materia spirituali, prout est excommunicatio, & eius effectus valeat, cum sit à laico (et si à rege catholico) statuta? Videtur quod non. Nam punitio excommunicati propter eius rebellionem, pertinet ab offensum, qui est iudex ecclesiæ, in cuius contemptum in excommunicatione persistit. Tum etiam, quia crimen ecclesiasticum est proueniens ratione commissi aduersus clauas ecclesiæ, & talis pertinacia censetur hæresis capitul. cum contumacia. de hæreti. libro sexto. ¶ Item etiam videtur iteratum episcopi contra excommunicatos qui persistunt per mensem aut annum, antequam absoluantur, in pœnam soluant certam quantitatem pecuniæ, inualidum esse, quia videtur pœna pro absolutione, & speciem simoniæ continet. per capitul. ad nostram. & capitul. nemo. de siutonia. Refert Romanus singul. 345. incipienti.

¶ Statutum episcopi. Ergo siue à iudice spirituali, siue ab ecclesiastico statutum sit, non valet per præmissa. ¶ Sed resolutiue dic, quod statutum

statutum pœnale in specie nostræ legis ponitur nam propter contumaciam, quæ constat iudici seculari per denunciationem prælati, ideoque sicut de alijs criminibus, de quibus ei constat, vt de vsura, de blasphemia, & huiusmodi, et si merè, vel mixtè ecclesiastica sint, ab eo puniri possunt, quia non agnoscit iudex secularis, vtrum excommunicatio iusta vel iniusta sit, nec an crimen sit blasphemia, vel contractus illicitus ex vsura & declarationis, & sic de quid

ditate aliorum criminum, quorum distinctio spectat ad iudicium ecclesiæ, Sed prout iste reperitur tale crimen commississe, poterit puniri à rege, vt in præfenti lege propter ipsam contumaciam, & ab vtroque iudice ecclesiastico poterit puniri, vt supra dictum est quia si iste excommunicatus satisfaciatur omnino alteri, cuius causa fuit excommunicatus, & sit absoluedus, sine exactioe pœnæ, præstata tamen absolutione, ab eo pœna exigi poterit, vt supra dixi. Et in punctis huius regie constitutionis posuit optimus practicus Episcopus Ciuitatis. D. Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 8. versic. Decimò modo notandum est. numer. 17. & ita ab ipso defenditur. l. 1. titulo secundo. supra hoc lib. 8. cum cæteris legibus pœnalibus in criminibus ecclesiasticis in dicto cap. 6. in princ. num. 18. chart. 60. colum. 2. versu. Cur tamen non licebit. quod episcopi tale statutum valeat, quia est in pœnam contumaciæ, & non pro absolutione, & est rationale, vt excommunicatus citius conuertatur, & inducatur ad gremium ecclesiæ. Tenet Hosti. Ioann. Andr. Cardi. & Felin. in cap. ad aures. de simonia. Ludou. Roma. & eius additio. in singul. 345. nec vllum peccatum in exactioe pœnæ est, siue imposita sit pœna ab ecclesiastico principe, siue à seculari propter delictum, vel persistentiam in crimine, vel actu reprobo propter aliquam iustam causam, vt quia imponitur pœna feneratoribus & vsurarijs, nuptijs prohibitis & immiscensibus absque dispensatione legitima, & blasphemantibus nomen Domini, vel si sit prohibitio, ne detur occasio delin-

quendi, vt non alloquatur feminam, cum qua est diffamatus, vel ne se immisceat ludo chartarum, vel ne transeat per talem locum, ne inuitentur inibi habitantes ad rixam, cum fortè sit habitus suspecto de aliquo excessu, vt fieri solet à iudicibus cauti. vt dixi in l. fin. in glossa prima. titulo 23. libro secundo. ordi. colum. 718. post Fortun. in tract. de vltim. fin. vtriusque iuris. il latio. 18. Et a pud omnes est receptissima opinio fere eundem. D. Cotar. vbi supra. capitulo

sexto. §. 8. numero. 11. versic. Quarto ex eadem ratione. Nec executio pœnarum est differenda, cum inter sit reipublicæ ne differatur. l. si quis forte. ff. de pœn. notab. secundum Iason. in l. seruus. in princ. numero secundo. ff. de lega. primo. Et crescente contumacia, augeri debet pœna, quæ ex ea cumulatur. l. delegati. ff. de pœn. plures enim pœnæ sunt statutz propter contumaciam, vt diximus supra in l. 1. verb. le fuere mandado. columna. 93. versiculo. Quis dicatur contumax. titulo quarto. libro tertio. ordin. Et excommunicatus persistens per annum in excommunicatione, nõ videtur bene sentire de fide, nec de sacramentis, cum non faciat, nec durante excommunicatione facere possit, quod Christi fideles faciunt, & facere tenentur, quod non longè à crimine hæresis distat, ideo inquisitores procedere possunt contra talem. Ioan. Lup. in repet. capituli per vestras §. 18. numero vigesimo quarto. & vigesimo septimo. vbi citat hanc regiam legem. Et dicit quod mulier potest repetere dotem, quia vergit ad inopiam, eo ipso, quod inquisitores hæreticæ prauitatis possunt procedere aduersus eum, in quo processu non modicæ sunt expensæ. Et ita etiam tenet Ioann. Francisc. Ripen. in rep. l. si constante. ff. solut. matrimo. numero. 44. vbi vide plura contra excommunicatum.

¶ Pague seysientos maravedis de moneda vieja. Declaratio monetæ antiquæ ponitur per. l. 114. in legibus styli. Optimè per Doctorem nostrum Salmantianum Episcopum Ciuitatis meritissimum in tract. veterum collatio numismatum. cap. 5. num. 10. Tom. iij. M 4 Titul.

¶ Titulus sextus. De periurijs & falsarijs. ¶ Lex. 1.

¶ Quebrantar. Infringens contractum iuramento firmatum propter periurium puniendus est in amissione omnium bonorum, & ipso facto applicatur Camera Regis. Pro confirmatione est. l. si quis maior. C. de transact. quæ alias penas imponit per iuro. Cuius hæc sunt verba, Si quis maior annis viginti quinque; aduersus pacta, vel transactiones nullo cogente imperio, sed libero arbitrio & voluntate confectas putauerit esse veniendum, vel interpellando iudicem vel supplicando principibus, vel non implendo promissa, eas autem inuocato Dei omnipotentis nomine solidauerit, non solum notetur infamia, verum etiam actione priuatus, restituta poena, quæ pactis probatur inserta, & rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pacto, vel transactione illa fuerit consecutus. Itaque omnia eorum mox commoda deputabuntur eis, qui intemperate pacti iura seruauerint. Prædictam legem citat Couar. in epitome. 4. Decretal. 2. part. capitul. 6. numero. 20. quod lex civilis potest statuere poenam contra periuros, licet crimen ecclesiasticum sit. Roma. consil. 512. & sic per præmissam. l. si quis maior. periurium punit. Et locum habet in omni promissione & contractu iuramento firmato: quia lex magis considerat ipsum periurium, quam qualitatem contractus. quod est de mente dictæ. l. si quis maior. & nostræ regie sanctionis. ibi, *sobre qualquier contracto*. Tenet Ioan. Ferrariensis in practica. titul. Forma libelli vt pacta seruentur. verb. Transactiones. num. 13. reputans notabile dictum ex glo. iuncta text. in. l. quoties. in verb. priuatos.

¶ El Rey don Alonso de petición. **L**as penas de la ley ante desta no seã executadas en aquellos excomulgados q̄ por la yglesia son tolerados.

Titulo. VI. De los perjuros y falsarios.

¶ Ley. 1. La pena de los que se perjuran. ¶ El Rey don Iuan Segundo en Valladolid. Año de mil cccc xliij.

Por quitar q̄ algunos se atreuen en pe

C. de digni. lib. 12. Notat Cassanæ. in consuetudi. Burgund. rubr. 10. Des cens. §. 12. verb. ori par leser ment. num. 25. folio. 345. colum. 4. verfic. Ciuilliter autem agendo. refert Alexan. consil. 76. volum. 5. colum. 3. num. 9. Periurus non admittitur in testē

ligro de sus animas a quebrantar a ligera- mente los juramentos que hazen. Mandamos q̄ qualquier persona, o personas de qualquier estado, preeminencia, o dignidad que sean que quebrantaren, o no guardarē el juramento que fizierē sobre qualger cōtracto q̄ por el mesmo fecho pierdā y ayan perdido todos s̄ bienes para la nuestra camara.

etiam si emē datus esset, nam perdit perpetuō fidem aliquid probādi per suum iuramētum. gloss. in cap. per tuas. verb. adulterij. de simon. glo. in cap. testimonij. de testib. Facit text. in capit. paruuli. 22. quæstione. 5. Feli. in ca. ex parte. de testib. Alexad. & Iason. in. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cau. Hicrony. Gigas in tract. De crimine læstæ maiesta. q. 11. numero primo. pagin. 238. nec peracta poenitentia eius testimonium valet. glossa. in. l. qui cum vno. §. qui in nomina. ff. de re milit. quam notādam dicit Bal. in. l. Lucius. in fin. ff. de his qui not. infam. Didac. Castellus in. l. 13. Tauri. in verb. *veynete y quatro horas*. num. 12. l. 13. ibi. *de nunca mas vala su testimonio*. titul. 12. libro quarto. for. leg. Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumptio. 10. vbi, quod testis semel per iurus, non facit indicium non solum ad torturam sed nec ad informandam inquisitionem per text. in cap. sicut nobis. ad fin. de testib. cōsultita Raphael Fulgo. consil. 107. & consil. 173. Deci. consil. 189. libro primo. Dixiad Segur. in rep. l. vnum ex familia. §. sed si fundum. numer. 73. ff. de leg. 2. Et per præmissa est tenendū, quod conuictus de periurio in vna causa, non admittitur amplius ad testimonium. text. & ibi Panormi. in cap. ex parte. de testib. secundum text. in dicto capitulo. paruuli. 22. quæstione quinta. l. ex ea. ff. de postul. nota. in dicto cap. testimonium. Et si acta in vno iudicio, faciunt fidem in alio, & inter alias personas notat

notat Mattheus de Afficiis in consti. Neapolitan. libro tertio. rubri. 55. in cōstitutione. Eos qui scienter. numer. 27. De poenis periurij sunt videntur Cassanæ. in dict. rub. 10. §. 12. & Aegidi. Bofi. in practica crimina. titul. De periurijs. pagin. 401. Ioan. Bernard. in practica canonica. capit. 86. † & in capitul. 48. in capitibus pratorum. vbi Franciscus Auiles. in verb. *Qualesquier juezes*. numero primo. quærit quis sit iudex competens ad puniendos periuros. Iuramentum tamen interpositum in contractu non obligat ex vi iuramenti successorem, cum sit personale. cap. veritatis. de iur. iur. Guiliel. Callador. decisi. 2. sub titul. De iureiurando. Ioan. Andr. in capitul. fin. de sepulch. columna prima. vbi inquit, quod hæres non obligatur ex iuramento defuncti, neque eius occasione potest trahi ad forum ecclesiasticum. & doct. communiter firman in dicto capitulo. veritatis. vt refert & sequitur ibi Panormi. columna fin. quod iuramentum non transit in hæredem etiam si quis iurasset pro se & successoribus, ac hæredibus, & tales nunquam sunt periuri ex iuramento defuncti capit. pen. de iur. iur. Ratio, quia in spiritualibus ligatur anima, quæ sine proprio consensu ligari non potest, idcirco in eis requiritur speciale mandatum. cap. fin. de iur. calum. libro sexto. Secus in temporalibus, in quibus obligatio transit in hæredes. l. vni. vt actio. ab hæredi. & contra hæred. incipiāt. l. veteris. C. de contrahend. & comm. stip. Couar. in rep. capit. Quauis pactum. 1. part. §. 5. num. 7. verfi. Verum cum in iuramento tractetur. de pact. libro sexto. Ex qua declaratione inferitur, iuramentum recognitionis, vel approbationis homagij, vel alicuius contractus, non transire ad hæredes iurantis, ideoque successor tenetur nouum sacramentum fidelitatis Domino feudis, seu emphyteu sis præstare: nam etiam ex iuramento sui predecessoris pro se & eius successoribus præstito, non potuit obligare successorem, cum iuramentum ex parte iurantis sit personale, atq; ideo tenetur successor iuramentum fidelitatis præstare, vt ex eo obligatus maneat, & rem feudalem retinere possit. Bald. in capit. quæ in ecclesiarum. colum. pen. verfi. Sed nunquid num. 38. de consil. Doct. in capitul. veritatis. de iur. iur. Iacobin. à sancto Georgio in tract. de feudis. verb. qui quidem inuestiti. verfi. Amplius dico. columna. 20. num. 36. Bald. in l. litigator. C. de fructib. & lit. expens. Aluar. in capitulo primo. in princ. numero septimo. quæ fuit prima causa beneficij amittend. Carol. Molinæ. in consuet. Parisiens. libro primo. §. 2. gloss. 4. numero. 49. Couar. in rep. capit. Quauis pactum. 1. part. §. 5. numero quinto. de pact. libro sexto. Et ista opinio quod teneatur iterato iurare fidelitatem successor mortuo vasallo, etiam si vasallus p

se & successoribus iuramentum interposuerit ratione præmissa. Contra Bald. in. l. vni. §. excepto C. de caduc. tollen. & Iaso. consil. 159. columna tertia. libro secundo. ¶ Inferitur secundo, quod quauis ratione iuramenti interpositi à laico in contractu fortiori debeat forum ecclesiæ, cum agatur in ea lite ad obseruationem iuramenti, vt est casus in signis in cap. fin. de for. comp. lib. 6. etiam si lis fuerit coram seculari cepta super contractu iurato, poterit conueniri ratione obseruationis iuramenti apppositi in contractu coram ecclesiastico iudice. secundum Bald. in. l. 1. C. de reb. credi. & Apofilla ad Barto. in. l. sepulchri. ff. de sepulch. viol. & Additio. in Panormi. columna tertia. in cap. cum venissent. de iudi. Iaso. in. l. nulli. num. 7. C. de iudic. & non solum criti iudex competens quo ad cognoscendum de valore iuramenti & eius relaxatione, sed etiam quo ad contractus rescissionem. vt eleganter probat Io. Francisc. à Rip. in re pe. rub. extra de iudi. num. 27. & ideo leges nostræ regni prohibent, ne iuramenta interponantur in contractibus à laicis, ne defraudetur ex interpositione iuramenti iurisdictioni regis. vt cautum est in l. 6. titulo primo. libro tertio. ordin. Et ibi dixi alfi qua pro eius intellectu, & in illo loco contra Anriū Pinel. tenuimus. Et nostram sententiam retulit & fuit sequutus illustris vir genere & literis laudatissimus, regis que nostræ præstantissimus Senator D. Antonius Menesius in rep. l. 2. numero. 35. C. de rescindenda venditio. Deciso tamen dicti capitul. fin. locum habere, cum agitur ad obseruationem contractus iurati, contra ipsummet iuramentum non autem quando agitur contra eius hæredem, nam eius hæres non poterit conueniri in foro ecclesiæ, cum iuramentum fuit personale ex parte iurantis, & text. ille procedit ratione iuramenti, vt periuria euitaret. Ioan. Andr. & Panormi. in cap. fin. de sepulch. Bald. in authen. sacramenta puerum. C. si aduers. vend. & iterum in rub. de iur. iur. Anroni. & Panor. colum. 9. & Feli. numer. 9. in capitul. cum sit generale. de for. comp. Roma. singul. l. 216. Paul. Parisi. consil. 75. columna prima. & vltim. libro tertio. Couar. in rep. dicti. cap. quauis pactum. numer. 6. in prima part. §. 5. Quæ omnia sunt menti tenenda pro intellectu istius legis. Et vtum lex civilis possit prohibere, ne iuramenta in contractibus apponantur, & talia iuramenta annullare, dixi latè in. l. 1. verb. *No la pveda alegar*. colum. 102. 4. verfic. Præterea & eius præceptum. titul. 8. libro tertio. supra. Quauis ergo iuramentum ex parte recipientis quandoque sit personale, quandoque reale, ex parte tamen iurantis semper est personale. prout concludit. Panormi. in dicto capitulo. veritatis. & sic non ligat hæredē eius, quo ad cõfuras, & poenas animæ, sed respectu po-

† Adde rāmen qualiter sit concipiendus, libellus cōtra periuriū videlicet de Iaf. in paragrapho. Item si quis postulante. nu. 67. Infr. de actiōib.

na caducitatis, ac resolutionis contractus sunt variz doctorum sententia, prout fuerunt in pratorio Rotta, teste Guilielm. Cassador. decis. fin. numer. ii. sub titulo. De iur. iur. fol. iii. colum. prima. **¶** Quæri solet, Vtrum dispositio istius legis locū habeat in eo, qui aliquid promisit facere, vel soluere creditori sub fide & homagij vt nobiles face re solent, dicendo ad tactus palmarum, 7^o oslo pro meo y doy mi palabra à se de hombre hijo dalgo ó cana llero. & postea nō soluit, an possit accusari de perjurio? In quo dubio videtur dicendum posse, cum quo ad Deum nulla est differentia inter iuramentum & fidei præstationem. cap. ecce dico. 22. quæstione quinta. capit. et si Christus. de iur. iur. Pro quo videtur gloss. in capitulo. clericus. de iur. iur. & videtur sentire Cynus in. l. fi. C. de fideiuf. Specu. tit. de arbi. §. sequitur. vers. Sed pone compromissum per fidem. & in titulo. De iur. iur. §. i. vers. Et nota. & in vers. Et in summa. not. gloss. Panor. & docto. per tex. ibi in capitu. querelam. ne prælat. vices suas. idem Panor. & Feli. in cap. quere lam. de iur. iur. Archidia. in summ. 22. quæstio. 1. Et pro hac parte vrget tex. in cap. ad aures. ibi, iuramento vel fide interposita. de his quæ vi metus ac causa fiunt. e. quem commendat Iaso. in. §. Item si quis postulante. num. 54. In sti. de actio. Alij verò tenent contrarium, quòd quanuis talis promissio per fidem sit iuramentum, non tamē fidei violatorem de qua supra puniendum poena ordinaria, vt puniretur qui iuramentum tactis violaret. Ita Archidia. in capitulo primo. de sepult. lib. 6. & in capit. iuramentis. 22. quæstione quinta. Alij verò indistinctè dicunt contrarium, imò qd non est perjurus: quia ad hoc vt quis dicatur per iurus in foro iudiciali, iuramentum debet præcedere ad sacra Dei euangelia. & tactis scripturis. Cyn. in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Archidia. in capit. vt circa. de elect. lib. 6. Felin. in capitul. querelam. de iur. iur. Matthæ. de Afflictis in consti. Neapolita. rub. 55. libro tertio. numer. ii. versicul. Quintò quæro. per doctrinam Innoc. in dicto capitulo. et si Christus. & Card. in clementina prima. §. porro. de hæreti. subijciens, quòd tamen punietur arbitrariè per. l. de periurio. ff. de crimi. stellionatus. Tradit etiam Matthæ. de Afflictis in capitulo primo. §. Item sacramenta num. 23. de pace iur. firm. libro tertio. feudo. Et qd fides seu homagium idem quòd iuramentum fuit est. l. 26. ibi. que si aliquo iurare a otro, o le fizjere pleyto, è omenaje para cumplir alguna cosa, que ayu puesto con el. §. lo falsesjere, es por ende perjuro, e ha por pena de non ser creydo en ningún testimonio, nin ser par de otro. titul. ii. parti. 3. Sed tamen. l. illa referendo singulari singulis, est intelligenda, quod vbi interuenit iuramentum, sit poena periurij, & in familia: vbi ve

rò tantum homagium, poena in familia. vt in. l. 2. titulo quinto. parti. 7. ad quam. dict. l. 26. se refert. Cùm ergo se referat ad leges in hoc loquentes, in quibus non requiritur, quòd fractor homagij, sit fractor iuramenti, & non est dicendum. dict. l. 26. probare esse periurum. Est ista homagium fuit coniuncta iuramento, vt constat in. l. 5. titul. 15. parti. 2. Ideo que referenda est hæc quæstio, quòd promittens per fidem, in dubio intelligatur de humana, qua nobiles, vel qui tales actant, suam fidem solent astringere quam legem. 26. ita vno verbo eleganter videtur accepisse. D. Anto. quefad. lib. 1. capitul. 32. numer. 15. quæ præsumptio iuuat à consuetudine: cuncta. l. semper in contractibus. ff. de regul. iur. Et isto casu cum non sit iuramentum per rem sacram, non erit periurus, sed ratione violatæ fidei peccauit, reputabitur que infamis inter homines. Si tamen dixisset, in fide Christi, vel bona fide, tunc ad veram catholicam que fidè potius, quam ad particularem veritatem loquentis referenda est talis promissio, & hoc casu extraordinariè erit puniendus, cum non fuerit iuramentum in forma solita per Deum & f. Et hæc resolutio colligitur post Caieta. ex Couar. in rep. capitul. quanuis. 1. part. §. 2. versic. Nono ab eadè. de pact. lib. 6. Ari. Pinell. in rep. l. 2. 3. part. capit. 1. num. 13. C. de rescind. vend. Greg. Lopez. in. l. 26. titul. ii. parti. 3. Et sic in litera nostræ legis intelligitur, quando contractus est iuramento firmatus in forma, & non per fidem. Felinus optimè in ca. 2. numer. 15. de sponsalib. vbi vide. Et sic procedit authen. sacramenta. C. si aduer. vendi. secundum Gregorium Lopium vbi supra. in verb. ò le fizjere pleyto è omenaje. ad fin. Et plura circa lecturam dictæ authen. sunt videnda per Matthæ. de Afflictis in capitulo primo. §. Item sacramenta. de pace iuramento firm. libro tertio. feudorum. & in decis. 322. Paul. Parisien. consi. 96. numer. 22. libro primo. & cum minor se læsum inuenit in cõtractu iuramento firmato, ante omnia petat relaxationem ad effectum agendi. Et an in ea requiratur citatio partis, est videndus Iaso. in. l. nec quicquam. numer. 49. ff. de offic. proconsul. vbi tenet necessariam esse citationem ad obtinendam abfolutionem seu relaxationem à iuramento. Ancha. consi. 198. Rolandin. Valle. consi. 13. nume. 25. Põnit in hoc duas communes opiniones inter se ad inuicem pugnantes. Et Couar. libro primo. Variarum resolut. capitulo quarto. numero quinto. vbi vide. Forma autem petitionis erit.

Juan maldonado en nombre de Pedro mi menor digo, que por quanto el dicho mi menor vendio una casa que es en esta cibdad a la vna nueua, sin decreto ni autoridad de juez competente, y

sin

*sin licencia de su curador, ni con otra solemnidad requisita à Rodrigo, y confirmo el dicho contrato con juramento, el qual en la dicha venta interpuso por dolo, miedo, è persuasjon que le hizo el dicho Rua, y en el dicho contrato el dicho Pedro mi menor fue lesa, y enormemente damnificado. Por lo qual à. 7. m. pido conceda al dicho mi menor relaxacion del juramento ad effectũ agendi, para que ansi concedida la dicha relaxacion y abfolucion, pueda pedir restitucion, y dexir y allegar contra el dicho contrato lo que viere à guarda de su derecho conuenga. Para lo qual. 8. c. y juro a Dios en forma &c. Et sic minor, vel maior auctoritate superioris, quæ in omni iuramento censetur excepta. cap. venientes. de iur. iur. l. 27. titul. ii. parti. 3. agendo excusabitur à poena huius legis cum suis complicitibus. **¶** Quæritur, Vtrum iurans falsum ad declarationem positionum, vel in iuramento ei delato ab altera parte, sit puniendus periurij poena? Videtur dicendũ quòd non: quia satis visum est Alexandro Imperatori in. l. 2. C. de reb. credi. Deum habere vltorẽ qui iusiurandi religionem contempserit. l. 26. vbi Grego. Lopi. in glo. i. titul. ii. parti. 3. qui per istã legem tenet puniendum fore illum, qui iuramentum in contractum positum de futuro violauerit, omnia bona amittere, & cameræ regiæ applicantur. De hoc & de poenis periurij plura diximus supra in. l. i. verb. positiones. vers. Quæri solet. col. 917. cum seq. tit. 4. libro tertio. ordina. **¶** Est præterea notandum, quòd sine dolo non committitur periurium. l. qui iurasse. in princ. ff. de iur. iur. §. item opponitur. 22. quæstione secunda. gloss. in cap. breui. de iur. Docto. in capitulo primo. de delictis pue. Bald. in. l. obseruare. §. proficisci. col. 3. ff. de offi. proconsul. & Ias. in di. d. l. si quis maior. columa prima. C. de transact. & plenius in dict. l. qui iurasse. A Egidi. Bosius in practi. titul. de periurij. num. 5. **¶** Ex quo inferitur, quòd difficultas implendi contractum iuratum, excusaret iurantem à periurio. Iaso & A Egidi. Bosii. in locis præcitatis, dicendo hoc locum habere in intellectu. l. si quis maior. C. de transactio. que huic nostræ Regiæ constitutioni conformis est. vbi in repe. notat Thom. Parpali. notabi. 8. limita. 4. Alexand. consi. 92. colum. fin. numer. 13. libro primo. Bertrand. consi. 69. libr. Francisc. Ripensin tracta. de peite. folio tertio. columa tertia. numero sexto. Et est addendus Philipp. Deci. consilio. 452. Causa tamen, quæ allegatur ad dolum excludendum, & sic periurij labem, debet probare fuisse sibi notam, & se motum fuisse ex illa, quia sibi*

fuerat dictum se posse ita facere. Alexand. consilio. 103. columa penultima. libro primo. Deci. in consilio. 452. columa secunda. A Egidi. Bosii. in practi. titul. De periurij. columa fina. Item est notandum, quòd iudex secularis ex præsentatione contractus & eius lecturâ poterit colligere poterat, vel contumaciam rei, & declarare ipsum per iurum esse, ex quo clarè sibi constat de periurio. vt dicit Alexand. in. l. fin. ff. de crimi. stellio. quæ refert in terminis huius legis in constitutione fere simili Matthæ. de Afflictis in consti. regni Sicilia. in consti. Eos qui scienter. numero secundo sub libro tertio. titulo. 55. Ex quo notare poteris nostram legem, quia in eius materia bene ac late loquitur. Vbi autem est dubium de periurio, secus erit, secundum eum per capit. quanto. de iur. iur. & capitul. venerabilem. de electio. **¶** Item intelligas legem istam cuiusque poenam locum habere in eo qui est periurus in contractu, cum sit poenalis, & extra suum casum non fit extendenda. ex gloss. in capitulo fin. de iure patrona. cum adductis ad Segur. in tract. De bonis lucratis cõstlar. matri. num. 166.

¶ Quæritur, Vtrum in casu huius legis admittatur tantum pars, in cuius fauorem fuit factus contractus, seu promissio ad accusandum periurum, vel tanquam ad publicum crimen omnes homines admitti debeant: Et videtur quòd sic crimen publicum, cum omnes homines offendit, qui periurium committit: quia in omnium vertitur iniuriã, quòd in religione diuina committitur. l. Manichæos. C. de hæret. & Manichæ. Et crimen per iurij comparatur blasphemij, & peccato contra naturam. text. in authen. vt homi. non lux. contra naturam. §. hæc quoniam. Vnde apud Romanos de nulla re Censores diligentius iudicabant, quam iure iurando violato. vt testis est Cicero libro tertio. officiorum. & Matthæ. de Afflictis in tract. de iure protomiseos. §. quarto. notab. sexto. numero. 20. vbi ponit plures poenas, quæ sunt statutæ contra periurum. Si ergo omnibus populatibus crimen offendit, publicum, & non priuatũ erit censendum.

¶ Sed videtur quòd solus offensus habeat ius accusandi periurum illatum in obseruatione promissa, & sic sit crimen priuatum nam periurium est priuatum delictum, & non publicum. l. fin. ff. de cri. stellio. & sic nullus poterit accusare de periurio, nisi ille, cuius interest. argum. l. primè. ff. de iure iurando. & dicta. l. fin. nisi crimen periurij esset commissum coram iudice. vt in. l. nullum. C. de testib. §. sed quando. secunda quæstione prima. Matthæ. de Afflictis. in consti. regni Sicilia. libro tertio. titulo. De periurij. numero tertio. quæstione secunda. Tum etiam, quia iuramentum

tum

stitoribus contra scientes, debet intelligi, etiam si filij sint, vel patres, quia hæreticus non est pater, sed Deus, qui est prædiligendus ipso contempto. His etiam accedit ratio. Nam, vt ait Aristotel. primo Ethicorum capit. De idea Platonica. propter veritatem oportet etiã familiaria destruere: quia amico & veritate existētibus, sanctus est præhonore veritatem. Sed nulla maior est veritas, quàm veritas diuini cultus. Ergo cum pater, vel mater repugnant huic cultui, oportet destruere cum eis omnem familiaritatem, & negare paternitatem, facereque eis tanquam si parentes non essent. Si autem parentes non essent, eos accusare atque occidere deberemus. ergo si repugnant cultui diuino, eos occidere debemus tanquam extraneos, & à fortiori eorum crimen hæresis denunciare. Et consumatur alijs rationibus adductis in hac specie à Diuo Alphonso Tostato Abulensi Episcopo in Deuteronomo. capitul. decimo tertio. quæstione tertia. vbi ipse fouet partem contrariã, imò quod nullo modo filius possit patrem, ac matrem ad mortem, etiam si suscipere ei colere Deos alienos, sed eos relinquere debet, & non acquiescere idololatriæ eorum. ibique pertres columnas & plures respondet ad argumenta contraria, & adducit plura pro parte negatiua, quod filijs id non liceat. Et his pro Tostato facit quod pulchrè refert Valeri. libr. secundo. de instit. antiquis. de Q. Fabio Maximo vltimæ senectutis, qui ad imperium lectoris filij consulis statim ex equo descendit. Et quanuis aliqui, de quorum ignorantia dolendum est, præmissam conclusionem Tostati tanquam erroneam mordent, & lacerant, sed ne in meridiano splendore eorum insipientia amplius errare eos faciat, nimisq; sapiendo desipiãt, legant translationem Chaldaicam Deuter. 24. capit. quæ expressè idem dicit. Et Exodi. 32. vbi Deus iussit Leuitis pro idololatria occidere fratres & propinquos, non tamen patres. Et idem probatur gloss. in capitul. literas. verbo. de fratre. de præsumptio. Et pondera verbum, Non noui vos, relatum ex sacro eloquio à prædicta gloss. nam non dixit, accusa. Idem tenet Alstent. lib. primo. titulo vigesimo quarto. Alexand. Anglican. 3. part. titulo primo. Sed si aduersas, omnes rationes Tostati vertant ad accusationem patrum, non tamen quando interuenit Papa, seu Inquisitorum eius commissio, esto, quod non teneantur eos accusare, teneantur saltem denunciare hæresim occultam patris: quæ dubitatio licet omissa fuerit, tamen ex eius mente apparet idem respondendum fore, ibi. & in tertia regul. capit. decimo quinto. quæstione decima sexta. Et Iosue. 7. capi. quæst. 69. & Matth. 6. capi. quæstione. 65. ad quartum. & quæstione 66. & 79. & in cap. octauo. quæ

stione. 67. & quæstione. 69. In vxore, & filijs contrarium est firmandum, vt probat Abulensis in Deuterono. 13. quæstione tertia. Quibus non longe abest alia ratio pro parte quod teneatur denuntiare & testificari aduersus patrem hæreticū, quia est crimen perniciosissimum, & solet occultissimum esse, & sic filius ad id non teneretur, angustarentur probationes contra legem. quoniam. C. de hæret. & sic cogi poterit. argum. en. cap. fina. de testib. cogend. Tum etiam, quia in dubio time re debet excommunicationem latam ab Inquisitoribus, & eum si id non aperiat, excommunicatum præsumere oportet. capit. cum tu. de testib. cum etiam casus excepti, & expressi à lege ex idetitate rationis extendantur. capit. cum dilecta. de confirmat. vtili vel inutili. cum ijs, quæ dxi ad Scgur. in repetitio. l. primæ. §. si verò vxori. numero 19. ff. de acquiren. possess. cum talis extensio sit fauorabilis vniuersæ reipublicæ orthodoxæ, ergo extendenda. Barto. in l. quemadmodum. numero tertio. C. de agrico. & censiti. libro vndecimo. Item probatur ex constitutione quadam extrauagan. Federici Imperatoris, incip. Vt commissi. §. cæterum. approbata in capit. vt inquisitionis. de hæreti. libro sexto. quæ inquit, filium manifestantem hæresim patris lucrari legitimam, & minime confiscandam esse. Facit. l. edicto. ff. de iure fisci. si ergo datur præmium, oportet reipublicæ vt deferatur, & faciendo oppositum poena multabitur. Ex quo inferitur, filium cogendum esse, vt dicat testimonium aduersus patrem, vel matrem in causa hæresis, ex supra dictis. Et quia seruus in ea causa cogitur contra dominum, ergo & filius, cum equi paretur seruo. vt in princip. Instit. quod cum eo. Et Instit. de his qui sunt vel alien. iur. Et ius poenale exorbitans loquens in seruo, locum habet in filio. gloss. in l. si quis seruo. verbo. Corrupti. C. de furt. quæ probat theoreticam, optimam, quod quando duo casus æquiparantur in iure antiquo, lex noua corrigens vnum casum, etiam extenditur ad aliud simile. citat Iaso. in l. prima. numero quinto. ff. de vulgari & pupillari. & in l. rem quæ nobis. numero vigesimo quinto. ff. de acquirenda possessione. vbi Ripa numer. secundo. Ioan. Bernard. Diaz. fol. 383. colum. tertia. Ias. in. §. ex maleficijs. nume. trigesimo nono. de actionib. & alibi sæpe. Sed argumentum istud cessat in patre, quia vinculo obedientiæ prouenienti ex lege diuina & naturali, secus autem in seruo, cuius obedientia, & seruitus fuit ab hominibus inuenta, & ab eis facile tolli potuit propter criminis enormitatem, & sic extra suum casum trahi ex vi exte. 6is nõ debet, cū diuersum vinculum sit. ¶ Contrariã verò partem, imò quod filius nõ possit pro crimine quatum cunq; graui patrem accusare, nec denunciare, nec te

ificari, nec ad id cogendum esse, ex Toftato vbi
 fuprà Deutero. 13. quæft. 3. & ex ijs quæ diximus
 conflat. quem fequitur doctiffimus Hispanus Ia-
 cob. Septimaceni in lib. de infl. catholi. ca. 29. nu.
 10. ad id referens bonas rationes, quas ibi videre
 poteris. quia text. facer Deutero. 13. posuit specia-
 liter vxorem viro accusare posse, & e conuerfo vi-
 rum vxori, & filios, & sic de alijs quos diligimus.
 Cùm tamen parentes sint de illis, quos in maxi-
 mo honore tenemus post Deum, eius præcepto
 Exod. 20. si illos intelligi voluiffet, illos exprefsis-
 set, cum de illis maius dubium, quàm de omnibus
 alijs rationabiliter esse debeat, sed eos non expref-
 sit, ergo sunt excepti à præcepto filij: & quanuis
 de patre non inueniatur exprefse prohibitum, ta-
 men quia Deus dedit legem, ad quam nihil adde-
 re licet Deutero. 12. ad finem. Quod præcipio ti-
 bi, hoc tantum facito domino, nec addas quicquã
 nec minus. Et Apocalypfis. 22. & Deutero. 4. 1.
 prospexit. ff. qui & à quibus. Et satis cenfetur pro-
 hibitum, quod exprefsum non inuenitur, præfer-
 tim cum leges poenales potius sint restringendæ,
 quàm ampliandæ. cap. odia. de regul. iur. lib. 6. igitur
 pro huius partis confirmatione. Ad idem est
 Exod. cap. 32. Occidit &c. & Prouerb. 30. Oculum
 qui fubannat patrem, suffodiant eum corui de tor-
 rentibus, & comedant eum filij Aquilæ. Suffraga-
 tur in fuper memorabilis maledictio Noe Gen. 9.
 vbi Cham iuste fuit maledictus, quia verenda pa-
 tris fuis non operuit, sed potius fratribus fuis non
 erubuit foras nunciare. Præterea Deus Optimus
 Maximus in lege veteri & noua exprefse præcep-
 it, vt patrem & matrem honoremus, vt finus 16
 gæuifuper terram Exod. 20. Deuter. 5. Matth. 15.
 nullibi tamen exceptum inuenitur oppolitum,
 nempe, quod filius patrem hæreticum prodat, in
 maximum patris dedecus, ac vitæ, facultatumque
 difcrimen, atque iacturam. Confirmatur: nam ni-
 hil magis honorabile est post Deum, quàm no-
 men patris & matris. Nam Arifto. 9. Ethico. ca. 4.
 parentes immediate post Deum posuit, fcilicet di-
 cendo, Dij & parentibus non possumus retribuere
 æqualia, & hoc, quia pene infinitum bonum est,
 quod à patre & matre recepimus, totum quod fu-
 mus, nempe, esse homines: huic autem bono non
 potest æquiparari aliquod bonum alterum, quod
 ab aliquo alio inferiori agente præstetur. Nam
 etiam si aliquis nobis omnes terrarum nationes
 in nostra potestate fubigeret, vel quodcunque al-
 terum bonum quantuncunque magnum tribue-
 ret, non æquaretur beneficio paterno, quod rece-
 pimus ab eo, quãdo nobis per generationem esse
 communicauit. Et hoc, quia esse, est prima perfe-
 ctio, & fundamentum omnium aliarum, cum sint
 aliæ bene esse, ergo ista maior est, aliæ nanq; sine

ista nõ sunt, ita etiam cæteris ablati est, ergo post
 Deum, qui est prima causa ad generationem, te-
 nemur fuper omnia. Deinde parentibus: nulli ta-
 men post Deum tenemur ficut patri nostro. mag-
 nis enim ei tenemur, quàm angelis & cæteris fan-
 ctis: quia maius bonum ab eo, quàm ab angelis rece-
 pimus omnibus fub Deo, coram quo omnis crea-
 tura contremifcit, & nullum nomen maioris re-
 uerentiæ & honoris est, quàm nomen paternum,
 aut maternum. Ergo nullo modo licet prodere
 patrem, vt occidatur, nec villo casu manus ei impo-
 nere, occidere, vel fubannare, effec enim totam
 naturam destruere oppositum facere. Recedere
 ergo tenetur, quando in suam hærefim damnatã
 veller pater filium peruertere, aut fugere ab eo,
 non tamen accusare, seu prodere. Et hoc fufficit,
 vt præcepto Dei fatisfiat. Quia crimen hærefis nõ
 tollit naturalia, eod quod pater hæreticus fit, sed ad
 huc pater est: quod fit, si pater hæreticus fit in ex-
 tremã necessitate, & alius catholicus, & non ha-
 beat vnde fubuenire possit nisi alterum istorum,
 quod potius tenetur fubuenire patri hæretico,
 quàm alteri cuiuscunque catholico. glo. in cap. 1. di-
 ftin. 30. citat Panor. in ca. si quis. & in ca. in eos. de
 hæreti. vbi ad fratrem carnalem data extrema ne-
 cessitate extendit. & Arelat. dicens communem
 in tracta. de hæret. notabi. 22. Ad idem de patre in
 fidelis est glo. in capi. non satis. verb. Domesticos.
 86. distin. vbi Præposit. col. 5. nu. 20. multiplici ra-
 tione comprobatur. Communem testatur in capi.
 cum fit. col. 2. nu. 2. de Iudæ. quanuis in foro con-
 tentiofo aliquot rationibus motus non existimer
 communem opinionem tutam esse. Iacob. Septi-
 maceni. etiam communem dixit in tracta. De in-
 ftitutio. catholicis. capit. 29. nu. 12. Ludo. Carreri.
 in præct. titul. De hæreticis. nume. 167. Est. 1. Re-
 gia hanc dubiam quæftionem diffoluens in titul.
 23. parti. prima. l. 8. incipien. *Dubda podria fer.* Pa-
 tri enim non fubuenitur in quantum est pecca-
 tor, id est, vt per hoc peccato faueatur, sed in quan-
 tum homo est, id est, vt naturæ sustentetur, quæ
 etiam impio debetur, & magis quàm fideli, patri
 exiftenti in extrema necessitate. ex Thom. fecun-
 da fecundæ. quæft. trigefima fecunda. articulo. ter-
 tio. & articulo. nono. Natura quippe abhorret, vt fi-
 lij sint accusatores parentum, quos absque venia
 in caufis ciuilibus in iudicium trahere, iura non
 permittunt. l. fina. de iniur. vocando. §. poenales.
 vbi latè dixit in lectio. In situ. de actionibus. De-
 mum aduersus rationem, naturalemque inclina-
 tionem est, vt patres suos iudicibus filij denun-
 cient, cui inclinationi, quicquid aduersatur, pec-
 catum est contrarium legi naturæ. Sanct. Thom.
 fecunda fecundæ. q. 133. arti. 1. in corpore quæftiois.
 Præterea fecundum regulam naturalem vnusquisque
 feipsum

feipsum conseruare tenetur, & contrarium faciẽs,
 punitur. vt. ff. de ijs qui fibi mortem conficiunt. l. 9.
 titu. 13. infra hoc libr. octauo ordinamen. sed filius
 qui patrem prodit, feipsum prodit, punit, & accu-
 fat, fibique iniuriam infert, quippe cum persona
 patris & filij vna fit. l. ne cum filio familias. ff. de
 furt. libi. Sed natura rei impedimento est. & vna ca-
 ro dicitur pater cum filio. capitu. contradicimus.
 35. quæftione tertia. gloss. in capitul. poenitentia.
 de poeni. distin. tione tertia. l. fina. C. de impube.
 & alijs fubftit. sed nunquam quis carnem suam o-
 dio habuit, sed nutrit & fouet, vt inquit Apofto-
 lus. Tum etiam, Non tibi dico, vt te prodas in pu-
 blicum, nec apud alios te accuses. capitul. quis ali-
 quando. de poenitentia. distin. tione prima. dixi
 in. l. fecunda. gloss. prima. titul. nono. libr. fecun-
 do. fuprà. Tum etiam, quia filius efficitur infamis,
 & sic, quanuis Catholicus, apud omnes habetur,
 & fubilatur, & sic bonum famæ amittit propter
 hærefim patris, ac proinde mortuus cæsetur, cum
 fama vitæ æquiparata fit. l. iusta. ff. de manu. &
 vindi. gloss. in capitul. vno delegatorum. de offic.
 delegat. Et Sapiens inquit Prouerb. 17. Gloria fi-
 liorum, patres eorum. Et Ecclesiasti. 3. capit. Glo-
 ria hominis, ex honore patris fuis: & dedecus filij,
 pater sine honore. Et quod efficitur infamis, est
 text. in capit. fecundo. de hæret. libro sexto, & la-
 tius in. l. tertia. titu. quarto. fuprà hoc libr. octauo.
 differuimus. Si ergo in feipsum venit poena, cum
 maxima patris pars in filio est, secundum Picum
 in quadam ad Hermolaum epistola, indecens, &
 contra naturalem rationem esse videtur tenere o-
 pinionem huic vltimæ aduersam, vt filius in pa-
 tre feipsum prodere teneatur, delictum eius reue-
 lando: quia esset iugum nimis onerosum, contra
 verum testimonium nostri Seruatoris, iugum
 meum suaue est, & onus meum leue. Nec mouet
 ratio aliquorum, quod filius patrem proditorem
 patriæ indicare teneatur, & oppugnatorem occi-
 dere liceat, Quia longè alia causa est, in qua filius
 cum patria se defendit, eamque à periculo libe-
 rat, quo vel momento perire poterat. Quod secus
 est in hæresi occulta, quæ paulatim ferpit, quæ si
 longius fuerit euagata, vt in exemplo fuit in nau-
 tibus etiam hærefiarchis fuit reuelata, & alijs plures
 possunt, prout tenentur, eam reuelare. Filius au-
 tem si à patre cogatur ad suam idolatriam & in-
 fidelitatem trahere, tunc patrem relinquat, à cu-
 ius potestate hoc ipso liberatus est capit. fecundo.
 §. fina. de hæret. libro sexto. Demum si magnum
 reipublicæ detrimentum ex patris hæresi parare-
 tur, quod vix contingere posse existimo, dum hæ-
 resis occulta est, possit filius eadem facere, quæ de
 patriæ proditore scriptum reliquit Cicero lib. of-
 ficiorum. 3. hoc verborum tenore. Quis si tyran-

nidem occupare, si patriam prodere conabitur pa-
 ter, fublebitne filius? imò verò obsecrabit patrem,
 ne id faciat. Si nihil proficiet, accusabit, minabit,
 & ad extremum si ad perniciem patriæ res specta-
 bit, patriæ salutem anteponet salutis patris. Hæc
 Cicero loco præmemorato.

Facit notabile fundamentum. Nam Romanus
 Pontifex in inhabilitate, quæ inest in teste, impe-
 dimento proueniens naturali iure, vt est in filio
 contra patrem, & non potest dispensare, & ipsum ha-
 bilitare, vt contra patrem ferre possit testimonium,
 ipsum compellendo generaliter per monitorias,
 seu particulariter argumen. clemen. Pastoralis. §.
 cæterum. de re iudica. quia contra ius naturale &
 diuinum non dispensat. cap. fina. distin. 5. §. Sed
 naturalia quidem iura. Infit. de iure natur. gent.
 & ciuil. cap. literas. de restit. spoliato. capit. fina.
 de consuetu. Et sic commissio Inquisitorum tribu-
 ta à Papa excommunicandi omnes non reuelan-
 tes hæreticos, est tatum intelligenda contra illos,
 qui impedimento iuris positum in fidei fauorem
 possent aliàs compelli. vt in capit. in fidei fauore.
 de hæretic. Secus vbi quis est impeditus regulari-
 ter à iure, vt est filius. l. parentes. & l. inuitis. C. de
 testib. Quæ regula cum in isto crimine non ha-
 beat fallentiam in iure, imò fit vniformis iuri na-
 turali propter præceptum Dei obediẽtiam & re-
 uerentiam debitam parentibus generaliter est ac-
 cipienda: tale enim præceptum quanuis generale
 debet restringi de habilitate, & ad casus iuri po-
 sitiuo subiectos. Et casus omiffus in materia poenæ
 li, est habendus pro omiffio, prout in cæteris casu-
 bus non habentibus eandem rationem & vim in
 iure cautum est. l. si cum dotem. in princ. ff. solu.
 matrimo. l. commodissimè. ff. de lib. & posthum.
 cap. susceptum. de resc. libr. sexto. cum pluribus
 citatis ab Andr. Tiraquell. de iure primogenitorum.
 quæftione quadragesima. numer. 190. versic. Tri-
 gesimus quintus casus. Et huic fundamento in ex-
 presso fauent verba Anchar. in capit. in fidei fau-
 rem. de hæret. libr. sexto. column. prima. numer.
 primo. dicens. Secundò nota, quod Papa potest
 testes minus idoneos habilitare, siue habiles repu-
 tare ad ferendum testimonium, & hoc verum, quan-
 do exceptio contra testes caufatur à iure positio-
 no, puta exceptio excommunicationis, crimi-
 nis, seruitutis, & similibus: si verò caufaretur
 à iure naturali, puta exceptio inimicitie, vel
 quod testes careant sensu, & similes. ¶ Ista non
 videtur Papa posse auferre. argumen. clemen. pri-
 mæ. de re iudica. & dixi in cap. primo. de resc. pt.
 fuprà eod. libr. remittendo ad Barto. in. l. si filius.
 ff. de donatio. Et hoc probatur in capit. Per tuas.
 de simoni. vbi in crimine vult admitti testes cri-
 minofos, & alios minus idoneos, non tamen con-
 spirato-

spiratores, & inimicos, qui de facili mentiuntur. vt. l. prima. ff. de quaestio. Et hoc est, quod dicit text. hic, si ex verisimilibus coniecturis non falsa dicere praesumuntur, quasi per admissionem testis inhabilis non sit exclusa exceptio falsitatis, etiā contra dicta. Haetenus ille. Ad idem est quod not. Ioan. Andr. ad Specul. tit. De teste. §. primo. versic. Item quod est parens. & glo. prima. in principio. in. l. nona. tit. l. 8. libr. 2. for. legum. Si ergo praepcepto iudicis tolli nequit regula, quod filius deponat contra patrem, quippe cum sit cōtrarius naturale. vt Ioan. Andr. & Montalu. in dict. l. nona. glo. prima. in locis proximē citatis tenet. Creandum est, has censuras generales non obligare filios proderē parentes in crimine haereseos, per praemissa. Tum etiā, quia commissiones, & privilegia censentur concessa sine praedictio iuris communis, nec in dubio censetur correctum ius commune, nisi expresse dixerit concedens. vt notat. in capitul. relatum. l. de testament. l. generaliter. C. de rebus credit. in. §. in omnibus. ibi, non enim vt aliquid derogetur antiquioribus legibus, haec prolata sunt, sed vt quid deesse eis videatur, hoc repleatur. Tum etiā, quia esset cōtrarius naturale & rationale. Tum etiā contra reuerentiam, quae parentibus eodem iure pariterque diuino, vt offensum est, omnibus de mundo debita est, ideo remitti non potest. l. alia. §. eleganter. ff. solut. mat. iunct. text. in capit. si diligenti. de foro competenti. capitul. contingit. de sententia excommunicati. in. l. libertorum. C. de testib. & est ius prohibitorium. per gloss. in authent. imo. C. de acti. & obligat. verb. parentibus. quae ait legem prohibitoriam remitti non posse. Simil. gloss. in. l. a diu pio. verbo. actionem. ff. de ritu nuptia. Baldus in l. ea quae. numer. primo. C. de donatio. ante nupt. Felinus in capitul. cum accessissent. numer. 7. de constit. Hippolyt. consil. 131. nume. decimonono. Fernand. Loazes in tractat. de matrimonio regni Angliæ. n. dubio prin. numer. 37. fol. 37. & fol. 71. colum. prima. Iaso in. l. omnium. numer. octauo. C. de testamen. Andr. Tiraquell. in tracta. primo geniorum. quaestione. 24. numer. nono. vbi citat plures concordant. ergo talc praepceptum & si sit generale restringatur ad testes habiles, & qui aliās a iure communi possent compelli, non alio modo, & seruata forma denunciationis euangelicæ. vt notat gloss. in capit. in omni negotio. de testib. & etiā in crimine haeresis sit praeponenda denūciatio euangelica, si peccauerit in te frater tuus. Matthæi. 18. videtur probari ex Apostol. ad Titum capit. 3. Haereticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita. Quam intellige in haereticum non pertinaci erranti ex ignorantia, non autem in haereticum pertinaci, nam iste est ac-

cusandus & denunciandus citra aliquam admonitionem euangelicam. Et in hoc est tenenda praepositio, quod si quis nouerit etiam secretē aliquē esse haereticum, & ex malitia errantem, tenetur, etiam non requisitus, eum denunciare absque praepria admonitione. Facit, nam bonum commune praefendum est bono particulari. Est autem nō solum vtile, sed valde necessarium reipublicæ ita denunciare: nam nulla potest esse pestis perniciosior Reipublicæ, quam haeresis crimen, haec enim ex diametro pugnat cum religione omnium bonorum praesantissima. Deinde citius serpit, & necat ad modum veneni: quia animæ operationes velociores sunt. In reigitur tam periculosa opus est praesantissimo remedio: nihil enim prodesset secreta admonitio, sed magis obesset. Nam praeterquam quod haereticus nulla speratur correctio, ipse monitor periculo sese exponeret grauis odij & inimicitiae, si incorrectum postea accusaret, & cum haberet notitiam denuntiatoris, vel testis facilliter deludere posset veritati, proponendo repressam inimicitiam, vel aliās contra eum. Nec etiā est si fides adhibenda tali haereticum, etiam si milles emendationem promitteret. Soler enim hoc hominum genus ad mendandum esse promptissimum, vnde verius putandus esset talis fraude & dolo promittere, quam ex animo. Haereticus enim pertinax certissimē paratus est contradicere veritati & disciplinae, tantum ut sit paratus corrigi, aut emendari. Vnde Proverbiorum decimo septimo. Expedit magis vrsē occurrere raptis, quam fatuo confidenti in stultitia sua. Vbi glossa. Facilis erit sanctis doctoribus furori generalitatis occurrere, raptis ad se populus aliquibus, & a bestialia eius ferocitate, ad fidei pietatem conuertit, quam haereticum confidenti in sui dogmatis perfidia. talis nanque subuersus est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Apostolus ad Titum capitul. tertio. vbi vide glossam. Et post eum Diuus Chrysostronus ait. Nempe illic de his loquebatur, de quibus corrigendis supererat spes, ac de his, qui simpliciter reluctabantur, non aduersandi affectu, sed studio veritatis dicendæ. Vbi verò manifestus fuerit omnibus, & perspicuus aduersarius veritatis? Cur aerem cædis? Et etiā Theophilactus inquit. Quo pacto alibi dicitur. Ne forte illos Deus ad poenitentiam adducat? Ibi quidem facit mentionem eorum, qui emendationis spem aliquam praefurunt. Hic verò incorrigibilem dicit haereticum, & vndiquaque adeo distortum, & tam varijs & multiplicibus modis implicatum, vt sese nequeat ex his explicare, sed per se sit condemnatio iudicandus, id est, qui nullam habeat erroris sui excusationem. Quippe cum nec illud possit praetendere, sese a nemine

fuisse

fuisse admonitum, vel ad veritatem instructum. Hæc ille. Item facit, quia huiusmodi crimen tale est, vt citissimē corrumpat rempublicam, experientia ipsa satis comprobatur, & Apostol. non tacuit, cum ad Timotheum. secunda. capitulo secundo. ait, Prophana & vaniloquia deuota, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum vt cancer serpit. vbi glossa. interlinealis. prophana verba, vt haereses. Quo loco etiā Theophilactus ait, Violentum est hoc malum. Quippe cui mederi nullo pacto potest. Quidam enim vniuersa deuant, nec corrigi possunt. Cancer siquidem morbus est: qui & circuncicta, & propinqua depascitur. Et Chrysostronus. Cancer morbus vtique horrendus, & qui medicina contineri nequit, sed omnia indies corrumpit, ac perimit, ideo nullum remedium valet adhiberi.

¶ Ostendit autem eos per hoc corrigi, emendarique non posse, qui sponte a veritate aberrauerunt. Item etiā comprobatur, quod admonitio nulla debeat procedere ad denunciandum, & accusandum haereticum occultum, qui ex malitia & pertinacia est in crimine, nam communis est omnium doctorum sententia. Quod cum peccatum secretum est in damnum reipublicæ temporale, vel spirituale, praesertim si sit periculum in mora, statim debet nunciari, praetermissa admonitione, quod de ipsa admonitione nullum speretur comodum.

¶ Quam sententiam his & alijs fundamentis nouissimē comprobatur religiosissimus frater Bernardinus in tracta. De correctione fraterna. conclusio. sexta. propositione. 6. folio. 185. colum. prima. & sunt de mente Panormita. in capitulo. nouit. numero quadagesimo quarto. de iudi. quod non requiratur monitio in crimine haeresis, cum ex monitione nullus effectus bonus correptionis speratur. ergo pro praedictis. Item suaderi potest ex Deuteronom. decimo tertio. vbi strictē Deus Optimus Maximus praepceperat. Si quis suadere, ait, voluerit, siue confanguineus, siue propinquus siue amicus sit, vt adores Deos alienos, & te ad idololatriam prouocauerit, nō parcat ei oculus tuus, vt miseraris & occultes eum: & post te omnis populus mittat manum, lapidibus obrutus necabitur. Et iterum Deuteronom. decimo septimo. Vbi aduertendum est, quod loquitur de peccato etiam occulto, de quo propter periculum, & enormitatem criminis, nullam fieri vult admonitionem: quare non inmerito ius canonicum receptorem haereticorum habet de haeresi esse suspectum, & purgatio ei canonica indicitur, in qua si defecerit, iure puniri potest vt haereticus, eo quod haereticum non prodiderit, vel denunciauerit.

Idem est iudicium secundum ius ciuile, de eo, qui proditorem ciuitatis occultauerit, vel celauerit la tronem. Quibus consonat Diui Augustini testimonium ad Casulanum. Qui veritatem, ait, occultat, & qui mendacium dicit, vterque reus est: ille, quia prodesse non vult: iste, quia nonocere desiderat. Nec etiā obstat autoritas Pauli ad Titum. capitulo tertio. supra citata, quæ vult haereticum prius admonendum fraternaliter. Quia, vt dixi, loquitur, quando non ex malitia, neque pertinacia constat dubium esse in fide, & paratus est corrigi, qui adhuc non est dicendus haereticus, vt probauit supra libro primo. in titulum primum. super rubri. in glossa prima. Secus de pertinaciter dubitanti, qui haereticus formatus est capitulo primo. de haeret. Vel est dicendum, quod loquitur autoritas Pauli non ad vniuersos, seu quoscumque homines, sed tantum ad Prælatos, vt erat Titus episcopus, ad quem verba sua direxisse constat, ad quem ratione prælationis Episcopalis & officij haereticum corripere, & per excommunicationis censuram deuitare.

¶ Vnde verbum illud, deuita, significat, id est, fac deuitari ab alijs, ne per eum ceteri inficiantur. vt Nicola. Lyranus, & D. Thomas exponunt. Loquebatur ergo Apostolus tibi de correptione praeposita faciendā, quorum interest haereticos primo admonendo, & obiurgando corripere, deinde de si corrigi noluerint, ab ecclesiae communionem separare. Ceteris alia profert dogmata. prima ad Corinth. capitulo quinto. Si is, inquit, qui frater nominatur inter vos est fornicator &c. aut idolis seruens, cum eiusmodi nec cibum sumere. Quasi diceret, Ab homine haereticum, qui nomine tantum frater est, opere autem idolis seruit, omnino caute, nec ate dixeritis. Et notat Bernardinus Ardena Iensis in dict. tract. De correptione fraterna. folio. 192. col. 1. conclus. 6. proposit. 6. Ex quibus iam licet (praemissa correptione ecclesiae Romanae) colligere conclusionem, excommunicationem generaliter prolatam ab Inquisitoribus haereticæ prauitatis cōtra nō reuelantes haereticos, ex vi iuris, nec ex eorum intentione cōprehendere, nec extendi ad filios. Colligitur secūda, Correptionem euangelicam minimē necessariā esse, sed opus est, q̄ statim haereticus contumax denunciatur, & accusatur. Tertia assertio erit, Romanū Pontificē posse statim declarare & interpretari ius naturale & diuinū vt etiā filius teneatur proderē patrem haereticum, cum sit causa fidei, & status totius reipublicæ, & odium criminis, ex his, quæ Ioan. Andr. & Panor. notant in capitul. literas. de resti. spoliat. Igitur ex praemissis constat dispositionem nostrae legis iuridicam ac sanctam esse. Ad idē. l. 2. & ibi Montalu. titulo. 9. parti. 7.

a *¶* *Seiscentos maravedis de los buenos.* Ad idem. l. i. titulo quinto. supra illo libro octavo. vbi vide quæ notauit.

b *¶* *Delas quisfere.* Nota in pœna huius legis electionem esse creditoris, & non debitoris: quanuis regulariter in alternatiuis debitoris sit electio. text. vbi glossa. in verb. electio. in. l. plerunque. ff. de iur. doti. Bart. in l. si duo rei sit pulandi. nu. 1. ff. de verb. obligat. Angel. in. §. huic autem. nu. 4. In l. de a. g. vbi Iaso nu. 6 l. 39. titulo. 14. parti. 5. Quid in pœnis tradit Bartholo. Capola. Veronenis in rep. l. si fugitiui. num. 58. & 64. C. de feruis fugitiu. Roman. lingu. 133. Ange. in tract. De maleficijs. verb. quas si non solueret. nume. 5. fol. 288. secundum parnam impressionem. l. aut damnum. §. proinde. ff. de pœn.

¶ *Lex Secunda.*

¶ *Ista. l. 2. est hodie alterata in pœna pecuniaria vt habetur nouissime in. l. 2. titulo. 10. libr. 8. recopil. cuius tenor talis est qualquier que a otro. &c. Vn de quia in conuicijs seu in genere iniuriarum nõ est alterata ideo per singula verba ea quæ de iure annexi possint, ex planabo, nam vt inquit Vlpian. in. l. Item veniunt. §. præter hæc ad fin. ff. de pet. hered. aptanda est igitur singulis verbis Senatus Consulti congrua interpretatio: ideo primũ se offert verbum illud.*


c *¶* *De mof. ure.* Similem legem habes in. l. 2. titulo. 3. De los denuesos y duobouras. libro quarto. for. legum. vbi est videndus Montalu. in sua glossa. vbi in gl. i. declarat verbum, Gafso, nam ex dicto apertè cõstat iniuriam ei esse illatam. argum. capituli primi de præsumptio. Et cum quis animo iniuriandi Petrum ei dixit aliquod conuicium, siue verum, vt Gaffus, leprofus, & huiusmodi, siue falsum sit, vt quia non cadit verbum nec conuicium in iniuriato, vt quia dixit, Tu es leprofus, spurius, Iudæus, meretrix, cornutus, vel huiusmodi, tenebitur actione iniuriarum, cum iniuriõse obiecit, & non ex aliqua iusta causa. Henric. in capitul. si culpa. distinctione prima. de injur. Quod reputat notandum glossa prima. in. l. secunda. titulo tertio. libr.

la carcel publica con
prision por veynte
dias : o pague al pa
dre o a la madre feys
cientos marauedis d
los buenos^a que son
seys mil marauedis
desta moneda : qual
pena destas el padre
o la madre mas qui

quarto. for. legum. Et idem glossator, qui est Mõ talu. in. l. prima. verb. y qui seve. demonstrat. titulo. 9. part. septima. Et sic erant limitandæ opinionõnes, quæ dicunt non habere locum actionem iniuriarum, cum dicens iniuriam velit eam probare, & probet, vt habetur in dict. l. i. versiculo. *Pero si aqvel.* cũ distinctio ne de qualatæ actum fuit in gloss. istius tituli in rub. Nam dicens verbum infame contra aliquem, debet id dicere non ad æmulationem & opprobrium proximi, sed ex causa, vt reipublicæ consulatur, si interfit, & sic per dñ nunciacionem, vel accusationem coram iudice cõpetenti, & sic ex iusta causa, & iuste. iuxta illud, Quod iustum est exequeris. Velsi non est delictum punibile, nempe, quia scis esse leprosum, di cas amico secretè, vt euitet conuersationem eius, ex qua posset ei malum contagionis contingere, velsi est malum pestilentia, vt nunc grassatur in regno Aragonum, & apud nos fratres in episcopatu Calaguritano, manifestet hominem infectũ tali infirmitate apud iudicem, vel apud eos, quibus nocumentum afferre posset communio, nisi eũ vitarent, & sic ex charitate procedat, & nõ animo iniuriandi, & cũ causa iusta, & tunc si probet, non tenetur actione iniuriarum, quia verũ dixit ex iusta causa, & non animo iniuriandi, & sic cessat dolus, & iniuria, eiusq; prosecutio, cum ex affectu facientis iniuria consistat. l. illud relatũ. ff. de injur. c. illud. 15. q. 1. Quo fit, quod dicens spuriũ, vel filium clerici alicui, vt bona patris clerici non possit obtinere, vel indignũ & incapacem, si hoc probet, ne familia legitimum, seu fiscus de fraudetur, nõ tenebitur actione iniuriarũ, imò præmio esset afficiendus, cũ ex causa iusta obsecerit, & probauerit. l. edicto. & ibi glo. verb. Capere. & verb. partem. & verb. probasset. ff. de iur. sic. Facit. l. tertia. §. vtrum. ff. ad Syllanianum. De quo tex. agit Pet. Gerard. singul. 13. & 79. Iason. in. l. i. num. 13. C. de sac. sanct. ecclesi. & in. l. si filius fam. colum. 2. ff. si cert. peta. & Hippoly. in practi. crimi. §. Aggredior. nu. 58. vbi dixerunt solennem, & iuris meliorem esse. ad idem. l. qui quis. §. si. C. ad leg.

fieren^b: y destes feys
cientos marauedis:
sean los doziẽtos ma
rauedis para el accu
sador.

¶ *Leg. I. I. Delas penas delos que injurian a otros.*

 Valquier que
a otro deno
stare^c: o le dixe

ad leg. Jul. maesta. vbi pœna remittitur, & præmiũ conceditur ei, qui factionis in Principem commissa etiam in committendo particeps erat si ab exordio initæ factionis conspirationem detexit. Si verò serò, quia ad actum coniuratio, seu conspiratio deducta est, incognita tamen detexit veniam consequitur, licet etiam factione vsus fuerit. Not. Igne. in. l. 3. §. si ex stipulatu. numer. 6. ff. ad Syllanian. Et hoc totum inductum est fauore publico, quod etiam in obseruatione legum vt est. l. 22. titulo tertio. libro primo. ordin. & l. 9. Taur. vigere non est dubium. Ergo si spuriũ in incapacem & indignum dixerit eo animo, vt non consequatur contra dispositiones Principum legatum, seu hereditatem, si probet dictum suum, iniuriõs non est putandus. Idem si eum Gaffum seu leprosum dixerit. Si verò dixerit spadonem, claudum, gibbosum, cæcum, vel huiusmodi, cum hæc verba ad nullam causam dirigi valeant in vtilitatem alterius, seu reipub. nisi ad iniuriam, et si dicat verum, erit puniendus. Inhumanum & iniuriõsum est alienos defectus detegere. Cyn. in. l. si non conuicij. C. de iniur. l. 2. circa mediũ. C. quando & quibus quarta pars debeat. libr. decimo. Mõ talu. in. l. prima. titulo. 9. part. 7. Idem erit dicendum si sine causa, vel cum causa infamem aliquem de paupertate, & nõ probet, nam ei tenetur actio ne iniuriarum. Quia nihil tamen inhumanum est. & c. vt habetur in. dict. l. 2. Tenet Angel. per text. ibi in. l. priuilegia. ff. de priuileg. credito. & in. l. si verò. ff. qui satisfar. cogant. Quo fit, quod dicens alicui Iudæum post baptismi susceptionem, mentitur, & ei tenetur actione iniuriarum, nisi ei probet in perfidiam Iudaicam adhuc esse, fortè, vt Mauri, qui, vt dicitur, solum nomen habent post baptismum in aliquibus locis, & in sua infidelitate persistere, minime verentur. Nam isti infideles sunt, & multo peiores, qui cum agnoscant semel veritatem, & amplexati fuerint per sacrum baptismum retrocedunt, nam non est aptus regno Dei mittens manum ad aratum, & respiciens retro. capitul. magnæ. de vot. gloss. & ibi est text. in capitulo. Quidam. de apostatis. Qui autem dicit Iudæum, ei qui nunc est fidelis, & Christianus, et si fuerit de genere Iudæorum rectè mentitur, & se meritum fuisse publicè recantare oportet secundum dispositionem nostræ legis. & l. secunde. titulo tertio. libro quarto. foro legum. Et huiusmodi nomen non est permittendum omnino, nec opprobrium aliquod eis fieri ex eo, quia ex genere Iudæorum sint, si sunt boni, & Christianæ religioni fideles, ideo an isti tales pos

sint & debeant admitti ad officia & dignitates rei publicæ Vide distinctionẽ per fratrem Anton. de Cordoua in suo libr. questionario. quæstione 54. pagin. 432.

a *¶* *Sodometico.* Maximum conuitium, & iniuriam inducit istud verbum. Quæ constat ex grauitate culpa infamiz, & pœna, quæ aduersus delinquentes statuta est in iure. tedit enim in maximam offensam Dei, & naturæ: & grauius crimen est ceteris, præter hæresim capitul. adulterij. 35. quæstione septima. ibi. Sed omnium horũ est pessimũ, quod contra naturam fit, & in capi. flagitia. eadem causa & quæstio. Collect. in cap. inquisitionis. prima columna. de accusat. Optimè agit de hoc delicto Anton. Gómez. in. l. 80. Tauri. numero. 32. Ergo cum falsum fuerit, meritò tenebitur palinodiam recantare, & dicere se mentitum fuisse, vt restitutio famæ fiat innocenti. De hoc crimine, eiusque pœna, alibi erit sermo.

b *¶* *Cornudo.* Dicens concubitam marito, directè grauius offendit eum, & in consequentiam vxorem cum necessariò innuat vxorem esse meretricem, & sic vterque poterit pro suo iure, & pro conseruatione sui honoris agere contra dicentem tale verbum, vt palinodiam recantet, dicendo se mentitum fuisse, vt in hac lege cautum est nam hoc ex communi intellectu hominum deducitur, & sic vxor agere poterit, quanuis maritus desisteret ab agendo pro sua iniuria, vt inferius dicitur. Et non solum procedit, cum dicitur directè, sed etiam per verba hoc denotantia ex communi intellectu loquentium in tali loco, vt in nostra Hispania intelligitur, cum dicitur coniugato, Tu es bonus vir, nam intelligitur, quia dissimulat vxoris adulterium, & patitur: ideo que idem erit dicendum, cum hæc verba idem importent, ex Cardin. in capitulo. ex literis. de consuet. vbi dixi in lectione ordinaria isto Anno. 1563. Quia verba secundum communem intellectum hominum sunt intelligenda. capitulo ex literis primo de sponsalibus. quem dixit valde notab. Nicol. Euerard. in locis legalibus. capitulo septimo. loco ab opinione vulgi. Felin. in capitulo. per tuas. numero quinto. de probatio. & in capitulo. cum tu. numero decimo quinto. de testib. & in capitulo. permittimus. de sententia excommunicata. Ias. in. l. tertia. §. Nerua filius. numero vndecimo. ff. de acquiren. poss. & in. l. stipulatio ista habere. §. hæc stipulatio. numero octauo. ff. de verbo. obligat. Ioan. Neuiza. consi. 92. Plura iura adducit Tiraquell. in tract. de retract. libro primo. §. secundum. glossa prima. numero. 5. Sed vsus loquendi Tom. iij. P 2 est di.

re gafso : o sodome-

tico^a : o cornudo^b:

est dicere, quod patitur mulieris adulterium, & sic quod est leno, cum de adulterio non indignatur, presumitur talis, ut probat Thom. Ferraren. caut. 14. numero sexto. citat. l. mariti lenociniū. in princ. ff. de adult. Ioann. Neuzan. in sylua nuptiali. libro primo. numero trigessimoprimo. Et hoc per consequentiam deducitur clarē ex vulgi opinione, cuius sentius sequendus est in interpretatione verborum. text. in cap. vnic. & ibi glossa. verb. Eloquutio. de iniur. libro sexto. gloss. in capitul. propterea. de verbor. significat. **Ex quibus etiam potest deduci, quod non solum ad instantiam viri, qui expresse, seu tacite ex communi vulgi opinione est iniuriatus verbo inhonesto, Cornudo, ut recantet palinodiam, & dicat se mentum fuisse, sed etiam si maritus desistat a querela, vxor pro suo interesse & iniuria agere poterit ad idem, etiam marito repugnante. Constat: nam eo ipso quod iniuria facta marito, dicendo ipsum cucurbitam, seu lenonem vxoris, per necessariam, & non absurdam consequentiam inferitur iniuriam ei esse illatam, cum deducatur mere tricem esse. Et sic est propria iniuria ipsius mulieris. cum sit infamata de graui crimine apud maritum, & apud alios, & sic pro suo honore conseruando, qui magis aestimatur, & eius bonū, quam diuitiā multat: & eius amissio, vitæ ammissioni corporalis comparatur. l. iusta. ff. de manum. & vindict. glossa. in capitulo. vno delegatorum. in glossa prima versicul. Idem esset si alter efficiatur infamis. de offic. delegat. Optima. l. quarta. titulo decimotertio. part. secunda. Igitur cum iniuria propria sit agere poterit etiam si resistat maritus. arg. l. Papinianus. in princ. ff. de inofficio. testam. in illis verbis, iniuria ipsius filij est. Item, quia iniuria ista cum pluribus lædat, pluribus dari oportet. l. prima. §. Idem ait. ff. de iniur. vbi Vlpianus Iurisconsultus ait, Ex vna iniuria interdum tribus oriiri iniuriarum actionem, nec vnus actionem, per alium consumi, ut puta, vxori meę, filię familias iniuria facta est mihi, & patri eius, & ipsi iniuriarum actio incipit competere. Cum ergo ex vna iniuria & ictu verborum ref. Itent plures, merito vxori, quæ non remisit, non obstante dissimulatione & remissione viri, & eo inuito competere debet actio iniuriarum, & tenetur iniurians se mentum fuisse profiteri, cum ipsa sit casta fidelis, & non meretrix. Tum etiam, quia præsumptio adulterij multas discordias inducere solet tam respectu mariti circa vxorem, quam filiorum, qui etiam ex falsa impositione, & præsumptione solent haberi pro spurjis, & vulgari opinione pro filijs adulteræ, & de hoc multo times impropetari solent, ut experientia docuit, sit etiam agnatis & cognatis iniuria & infamia propter ma-**

*Optima
L. q. est bon
m. laus et
elegans vnde
m. eius de
4. 13 p. 2 in
m.*

lum nominis sanguineæ, seu affini infamata, & conforti. l. lex Cornelia. & ibi de off. ff. de iniur. Bartol. in l. cum scimus. numero quarto. C. de agricol. & censit. libro vndecimo. Hippolyt. late in consilio. 68. columna prima. numero secundo. Robert. Marant. in speculo aduocato. 6. part. numero. 58. pagin. 306. columna secunda. vbi probat, quod remissione offensi, consanguineus, vel affinis poterit accusare criminaliter offendentem: quia iniuria redundat in omnibus de cogitatione.

¶ Igitur maior cum ratione vxor agere poterit, cum verē, & per consequentiam necessariam sit appellata adultera, & meretrix. argumento. l. fin autem. §. fed & is. ff. de rei vendica. in illis verbis; Non est absurdum per consequentias dolum præteritum deduci. Confirmatur: nam quando quid fuit factum ad inuidiam alicuius, tenetur ei iniuriarum actione. l. item apud. §. hoc dictum. ff. de iniur. vbi inquit Angel. Nota bene contra illos, qui vtuntur veste lugubri, etiam in impropetium amici sui infamiam passi, aut aliam detestabilem iniuriam. Concordantia sunt in glossa. & l. vestem. ff. eod. vbi in iniuriam alterius non licet fordidam vestem deferre, aut capillum submittere. vbi idem Angel. notat illum tex. contra illos, qui dicunt contra notorie damnatos, me tædet de tali condemnatoria contra te lata, & hoc modo repropetant, vt fatetur se vidisse aliquos facere. Ecce ergo, quod iniuria infertur non solum directē, sed etiam per æquipollens, & indirectē. Et idem si fuisset cum aliquo, & dixisset, Ite in pace, quia in meo genere non sunt Iudæi, Mauri, Sodomitæ, meretrices, latrones, vel huiusmodi: nam vult dicere ex necessaria consequentia, & communi vulgi intellectu, quod sunt in genere, cum quo loquitur hæc vitia, quæ per ista verba denotantur illata per viam iræ, iniuriæ, & impropetationis. & sic agere poterit actione iniuriarum, secundum Lucam de Penna. in l. errat. columna secunda. versicul. Postquam autem. C. de Castræ. pecul. libro decimosecundo. Boeri. consi. quarto. columna tertia. versicul. Et idem si quis dicat alteri. numero decimoseptimo. adduco text. in l. Item apud Labonem. §. cui non sine. ff. de iniurijs. vbi si conuictum non sit certæ personæ, non punitur, tamen secundum Bartol. ibi, si apparet quod diceret de aliquo, licet eum non exprimeret, vel si diceret de aliquo, & intelligeret de alio, & hoc apparet, punitur, & ibi tenet Angel. & Alberi. Idem Alberic. libro secundo. statuto. quaestione. 209. Non enim curandum in quo quis loquatur, sed in quem intentio dirigatur, vt habetur in l. cum pater. §. donationis. ff. de lega. 2. Et verba, quæ in effectu sunt singularia, & in præiudi-

judicium singularis personæ resultant, quantum generaliter proferantur ab statuentibus, ille, in cuius odium resultat particulariter, & est statutum conditum, ab eo poterit reclamare, & appellare. Deci. consil. 361. nu. 7. Faciunt optimē notata à Bal. in ca. cum or dinem. colli. fin. nu. 26. de resc. Cum er go hæc verba, Cornu^o,

**o traydor: o hereje:
o a muger que ten-
ga marido puta b:**

Bonus homo, vel huiusmodi relata ad vnum in diuiduum, quod est vxor, nec ad alterius iniuriam possint referri, absque dubio, meretricem dixit, ac legis huius poena erit puniendus, & est conuictum in iudicium in matrem familias, seu vxoriam mulierem, & grauem iniuriam infert, & tales grauitur sunt puniendi, vt not. Angel. per tex. ibi in l. non solum. §. quamquam. versic. in textu ibi conuictum. colum. 1. ff. de iniur.

¶ *O traydor.* Maximum crimen est aleuositæ, seu proditiōnis vitium, ideoque obijciens tenebitur illud probare, præsertim si sit in reipublicam, vel in regem, quo probato, honorem, & præmiū consequetur: in verò non probauerit, læso & iniuriato tenebitur poena huius legis se dicere mentum fuisse: & in prædicto loco, tempore, & qualitate personarum tam iniuriantis, quam iniuriati, iniuriæ poena arbitrandæ erit à iudice. Sed quid erit, si probet proditorem fuisse, licet iam indulgentia Principis fuerit remissum crimen aleuositæ & proditiōnis? Videtur quod sit puniendus, cum poena sit imponenda, attento statu temporis commissi delicti, quo tempore non erat proditor, nec aleuosus. argumen. text. in capitulo. I. eam te. de rescrip. cap. ferrum. 50. distinction. Ergo cum dixit conuictum graue, & animo iniuriandi, nec ex ipso fuit causa iusta inferendi, merito etiam si probet olim fuisse proditorem, tenebitur actione iniuriarum per ea, quæ dicta sunt in principio huius tituli. ante. l. primā. in rubri. maximum enim delictum attribuitur ei, cui proditio impingitur: nam proditiōnis poena, ipsum, eiusque honorem, famam bonam, & posteros maculat. Facit tex. in l. quisquis. C. ad legem Iuli. maiesta. l. proditores. ff. de re milit. Andre. A. licet. in tract. de duello. in titul. quæ exceptio. repellant prouocant. Hierony. Giga. de crimi. læsa maicita. titul. De proditoribus. pagin. 373. quaestione prima. eum multis sequi. Plura de proditoribus, & qui sint, declarat. **¶** Item probatur. Nam restitutus in Principe, amplius dici non potuit proditor Regis, vel huiusmodi, cum Princeps de inhabili possit eum facere habilem. l. quidam consulebant. ff. de re iudi-

cat. l. secūda. C. de crimi. sacrileg. restitutio enim omnem maculam tollit, vt voluit Andr. in capitulo primo. §. præterea. columna quinta. quæ fuit prima causa benefi. amit. & in capitulo primo. de Vafallo decrep. eta. Matthæ. de Afflict. in dicto. §. præterea. in versic. in glossa tertia. numero. 98. Hierony. Giga. vbi supra. quaestione septima pagin. 381. Confirmatur ex. l. Imperiale. §. illud & ibi glo. C. de secund. nup. l. quod ita statutum. ff. de ædilit. edict. l. non omnis. §. à barbaris. ff. de remilitat. Veruntamen si dixerit aliquis tali restituto, Tu fuisti proditor, actione iniuriarū minime tenebitur, vt dicit Hernia in dicto. §. præter ea. & Matthæ. de Afflictis vbi supra. Vnum tamen est memoria dignum, quod si quis dicat restituto quod est proditor, & velit cum eo pugnare, dicens, quod vult probare quod est proditor, talis restitutum ad duellum iniuste prouocaret: quia facta restituitio amplius non est proditor, secundum Iac. de Castillo in tract. De duello. lib. 4. capitulo septimo. & Hieron. Giga. in dict. quaestione septima. ad fin. Sic ergo dicens alicui eum esse proditorem, tenetur dicere se mentum fuisse, vt hic. l. 8. titul. 3. part. 7. l. 2. & ibi dixi in glo. r. titul. 9. libro quarto. supra in priorū tomo horum Commentariorum ordinat.

¶ *Marido puta.* Adde quæ dixi supra in gloss. verbo. Cornudo. Intelligi hæc legem, etiam si obijciens vxori verbum iniuriōsum adulterij, dicens eam meretricem, vellet probare, non excusatur ab iniuria, nisi probasset in simul, quod maritus erat sciens, & patronus turpitudinis, quia aliās non est in causa delicti, nec in poena, cum postquam fuerit sciens, ipse solus potest adulteram vxorem accusare, attenda. l. tertia. titulo septimo. libro quarto. foro legum. Ergo alius non poterit infamare matrimonium: & cum dixit conuictum sine iusta causa, sed animo iniuriandi, et si probet eam meretricem, seu adulterij crimē commisisse, tenebitur ratione infamationis, cum maritus potuit eam corrigere, & correctam admittere sine culpa. capitulo. inter opera. de sponsa. Quauis in hoc articulo dubitet Gregori. Lopius in l. prima. titulo nono. parti. septima. Quia interim quo erat crimen secretum, non debito modo, & prout debuit, corripuit, sed iniuriam voluit facere marito & vxori, vt vides, & sic eis actione iniuriarum tenebitur per legem hanc, quæ generaliter conuictantem mulierem nuptiam punit.

¶ Idem etiam ampliatur locum habere dispositionem huius legis in eo, qui dixit meretricem alicui mulieri, quæ tempore conuicti erat bona, quantum vellet ostendere ante fuisse peccatricem: nam post poenitentiam non est amplius de præterito vitio vituperanda, sed quia correctæ &

bona laudanda: cum ergo tempore obiecti conu-
cij, quod in delictis inspicitur. l. 1. ff. de poen. est
nuptia, & non meretrix, nec adultera, ca. ferru. 50.
dicitur, mentitur obijciens conuicium, ac proinde, se
mentitum fuisse publicè fatetur debet, iuxta huius
legis formam,

& ordinaria
poena erit ca-
stigan dus, cū
tempus præ-
sens confide-
ret, dicendo
(o a muger que
tenga marido,
puta) quanuis
etiam in hoc
dubius exi-
stat Grego-
rius Lopez
in. l. 1. in glo.
mag. ad fin.
Alías que sio
nes circa hu-
ius legis in-
terpretatio-
nem sunt vi-
dende in. l. 1.
fina. tit. 1. lib.
1. ordina. su-
pra. & in. l. 2.
titul. 9. lib. 4.
ordinam. in
glo. 1. Quæri
etiam potest
vtrum poena
huius legis lo

desdigalo ante el al-
calde: y ante hom-
bres buenos: o al pla-
zo que el alcalde le
pusiere: y peche tre-
zientos sueldos b: la
meytad para nos: y
la otra meytad al q-
xoso: y si dixere o-
tros denuestos desdi-
gase ante el Alcalde
y ante hombres fue-
nos y diga que min-
tio en ello. E si hom-
bre de otra ley se tor-
nare Christiano: y al
guno lo llamare tor-
nadizo: peche diez

cum habeat, cum quis meretricis vitium mulieris
desponsata: per verba de presenti obiectit? Et est
dicendum locum habere, cum verè sit vxor, quia
consensus & non concubitus facit matrimoniū. l.
nuptias. ff. de regul. iur. capi. ex publico. de con-
uers. coniugat. & quæ notauit in. l. 1. titu. 1. libro. 5.
supra. l. 82. l. tyli. cuius verba sunt. *Otro es en las penas*

que manda dar el fuero por calumnia de muger casada,
estas mismas se entienden por la que es desposada por pa-
labras de presente. Vtrum autem Clericus, seu nobi-

lis teneatur palinodiam recantare, & se retractare?
Respondendum est, quod non, vt dixi in. l. fi.
tit. 1. ad fin. lib. 1. ordina. & latius in. l. 1. glo. 1. vers.
Præterea in hoc est clericus priuilegiatus. col. 113.
cum duobus seq. tit. 3. eod. lib. 1. ordi. Petrus à Pla-
ga in Epitome De delictis. ca. 1. nu. 22. & dominus
Antoni. Menesius in. l. 1. nu. 9. C. de iur. & fact. ig-
nor. Et ista pars practicatur, et si plures velint, q̄
teneatur nobilis, seu clericus seipsum retractare,


& malè. per. l. 1. m. styli.

a *Desdigalo.* Adde. l. 7. tit. 4. par. 7. & quæ ad huius
legis interpretationem posuit Petrus Plaça in tra-
cta. de delictis. c. 1. nu. 22. vers. 13. Ex his etiã con-
stat. in nobili autem secus vt habetur in. l. 2. tit. 10.

mil marauedis al rey
y otros tantos al que
relloso: y sino tuuie-
re de que los pechar
peche lo que tuuiere
y por lo que fincare
yaga vn año en el ce-
po: y si ante de vn a-
ño pudiere pagar sal-
ga de la prisión.

¶ *Ley. III. Idem.*

¶ *El Rey don Iuan. I. I.*

 Valquier que
a otro dixere
alguna palabra inju-
riosa o fea: peche y
rat poenam mortis naturalis, apparet ex legis per-
missione, & aptitudine. Nam vt crimen dicatur
inductum mortis naturalis, sufficit, quod possit
ex legis statuto aptitudine & potentia imponi de
linquenti. ex Bartol. in l. secunda. numero secun-
do. ff. de publi. iudi. vbi eleganter innuit crimen
tunc dici capitale, licet duæ poenæ alternatiuē im-

ponantur, videlicet, vna capitalis, alia verò pecu-
niaria, ex quo enim vtraque est in obligatione
tam poena mortis, quā alia quæ mortis non sit,
tale delictum dicitur capitale. Sic etiam in propo-
sito, ex quo propter istud crimen adulterij mari-
tus potest eidem mulieri inferre poenam mortis
naturalis, & etiam alias poenas adhibitum, vt in
hac regia lege cautum est, tale crimen capitale di-
cetur, & incurrisse prædictam adulteram poenam
mortis naturalis. Et sic per dist. l. nonā. Tauri e-
runt filij infuccessibiles. ¶ His etiam secundo ac-
cedat talis consideratio. Nam quando plures poe-
næ sunt alternatiuæ, omnes sunt in obligatione.
l. vbi autem non apparet. §. illud aut illud. ff. de
verb. obligat. Sic ergo mulier incurrendo huius-
modi delictum adulterij, incidit in laqueum, &
omnium poenarum supradictarum alternatiua-
rum obligationem, ita vt etiam infligi possit poe-
na mortis naturalis, ergo per crimen in eam incur-
risse non est dubium. dist. l. nonā. ibi, *entonces se
entienda y diga dañado, y punible ayuntamiento, quan-
do la madre por el tal ayuntamiento incurriere en pena
de muerte natural.* Pondera ergo, quod poena, & nõ
executio ipsius ponderatur in prædicta lege Tau-
ri, quæ poena mortis hodie etiam debetur propter
crimen adulterij, ergo &c.

¶ Tertio considero Bart. doctrinā in citata l. secū-
da. numero secundo. ff. de publi. iudi. vbi probat,
poenam capitalem conditionaliter impositam fa-
cere iudicium capitale, et si statuto caueatur, quod
pro homicidio quis puniatur in quinque libris, et
si non soluerit intra decem dies puniatur in capi-
te, quod tale crimen dicitur capitale, & incurrisse
in poenam capitalem. Idem firmat Ioan. Fab. in
§. publicorum. In sti. de public. iud. Ita ergo in spe-
cie propofita erit fatendum. Nam ex quo marito
permittitur, vt si eidem mulieri noluerit parcere
tribuendo vitam possit occidere, clarē patet hu-
iusmodi delictum esse capitale, & sic incurrisse
poenam mortis naturalis.

¶ Quarto ad stipulatur talis consideratio. Nam
vt actio poenalis dicatur, sufficit quod aliquo ca-
su possit esse poenalis. tex. elegans in §. his autem
verbis. In sti. de lege Aquilia. & actio quod me-
tus causa, hac ratione dicitur poenalis, quia apti-
tudine potest esse poenalis. ita probat etiam tex.
in l. si cum exceptione. §. satis clementer. ff. quod
met. causa. ita etiam ex quo hæres potest esse in
mora soluendi legatum reliquum ecclesiæ, vcl a-
lij venerabili loco, actio, quæ contra eum da-
tur, dicitur mixta. probat text. in §. ex maleficijs
versicu. Item mixta. In sti. de actioni. Sic etiam in
nostro casu ex quo tali mulieri potest infligi poe-
na mortis naturalis, dicendum est, incurrisse in
poenam mortis naturalis.

Tom. iij.

T 4

¶ Con;

Confirmatur quinto. Nam lex semper inspicit & considerat quod frequentius fieri solet. l. nam ad ea. ff. de legib. l. r. §. quoti diana. ff. de aqua quod tidi. & c. l. i. ubi expressè habetur, aquam quotidianam eam dici, quæ assidue adduci solet; vel æstiuo tempore, vel hyeme, etiam si aliquando ducta non sit. Sic ergo concludendum in præsentis dubio. Nam cum plerumque, & ex maiore parte mariti huiusmodi delictum mulieres perpetrantes occidere soleant, ut suum honorem conseruet quem præferendum vitæ dixit esse Papinianus Iurisconsultus in. l. si adulterium cum incestu. §. li bertio. in illis verbis. Nam cuius famæ, multo magis parcendum est. ff. de adult. & honor omni modo pecuniario præponendus est. l. Iulianus. ff. si quis omni. l. causa testam. l. miles. §. focer. ubi notat Angel. colu. 2. ff. de adult. & Sapiens, Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ. & homo cum sit infamis; locò mortui habendus est. gloss. in. c. vno delegatorum. ibi. Idem si alter efficitur in famis. Ad idem. l. iusta. ff. manu. & vindict. Optima. l. 4. tit. 13. part. 2. Agitur eam honoris conseruatio & iustus dolor poenarum mortis inducere frequentius solet, ut videm⁹ in probis viris, qui castitatem vxorum amant, absque dubio nati ex tali crimine per legem regiam dici debet ex damnabili & punibili coitu. ¶ Sexto facit. Nā verbum (incurrere) positum in dict. l. 9. Tauri. est futuri temporis, inducens idem, quod ipso iure: glossa. in. l. in criminali. C. de iur. omni. iudic. ergo licet realiter reuera per maritum adultera non fuerit occisa, tamen ex quo crimen commisit, fuit subiecta mortis coercioni. ¶ Præterea & septimo. Nam maritus propter lucrum bonorum vxoris adulteræ; & ne veniant ad filios ex adulterio procreatos, credendum est eam occidere, præferendo proprium commodum. l. præses. C. de seruitu. & aqua. & in odium adulteræ earum que filijs. ergo & c. ¶ Insuper facit. Nam de iure adulterini. & nati ex damnato coitu non succedebant matri. glo. & Bald. in authen. Si qua illustri. C. ad Orfician. ubi singulariter probant, quod vbi que parentes possunt accusari de adulterio, stupro, vel incestu, tales spurij tanquam nefarii non possunt patri succedere, ut est tex. in authen. quib. mod. natur. effa. sui. §. fin. coll. 7. Quam conclusionem sequitur doctissimus Montalu. in. l. r. titul. de legatis. lib. 3. for. leg. in glo. *nt a ome de religion. colum. 4.* Et idem esse in adulterio, tenet de clarando legem partitæ Gregori. Lopez in. l. n. in verb. natus ex damnato coitu. tit. 13. part. 6. Si ergo de iure communi sunt infuccesibiles, lex Tauri tanquam inducens correctionem. non est amplianda, sed restringenda, ne hodie isti filij adu terini succedant. ¶ Octauo hanc conclusionem de-

duci ex verbis Bald. in. l. data opera. colum. 5. nu. 14. vers. Item notandum est. C. qui accus. nō possunt. ostenditur. ubi ad hoc ut poena inducitur ab statuto dicatur capitalis, sufficit, quod sit aptitudine, quantum realiter non sit illata: nam dubius euentus debet in omnem partem sui considerari. l. sufficit. ff. de cond. ind. debi. ergo & in specie proposita idem dicendum est. ¶ Vltimo hanc partem, quod talis filius non succedat matri, veriore & sustentabiliorem reputat Iacobus de Villalpañdo in rep. l. 22. §. 4. 4. nu. 10. titul. r. part. 7. fol. 114. colum. 1. infideliter relatus à Petro Plaça in tract. de delictis. c. 41. nu. 36. & verba Villalpañdi hæc sunt quod tamen interpretandum filium adulterinū, & matrem, vel eos, qui sunt ex parte matris non oriatur agnatio vel parentela, ita quod inter eos detur successio, vel concedatur accusatio tanquam de sanguine offenso, posito quod poena mortis mulieri adulteræ imposita non sit, videtur mihi verius, & sustentabilius & c. Et sic quatenus Plaça citauit dictum Villalp. ipsum intelligendum secundum Cottam, quem allegat prout est intelligendus, est corrigenda eius litera in illis verbis, ex his constat. & c. negatiue, & non affirmatiue. Et sic probat sententiam istam vltimo loco à nobis probatam prædictis octo rationibus. & tenet Michael de Cisuentes in. l. 9. Tauri. num. 2. Et hæc partem positam vltimo loco tanquam veriore, licet cogitanda reliquerit, proposuit Gregorius Lopez in. l. 10. verb. natus. tit. 13. part. 6. & videtur verior, quia lex considerat crimen, & eius poenam, non tamen executionem. Nam etiam ex venia Principis eius voluntate habita posset contingere in alijs criminibus inducentibus mortem naturalem quod cessasset, ut plerumque fit, non tamen cessaret dispositio legum existimantium tale crimen & coitum esse damnatum & punibile, & cum hæc voluntas sit potius de iure specialia, quam de necessitate, non est in consideratione, nec tollit legis institutum. Et pro hac declaratione est præmittendum, aliud esse coitum damnabilem, aliud punibilem. Ex coitu damnabili natus ille est, qui est ex coitu à iure non punito natus, ut ex coitu meretricali, vel ex concubinato, & huiusmodi: & in his casibus filius bene succedit matri. Ex coitu vero punibili natus ille est, quando ex tali coitu mater debet puniri, & tunc talis filius non succedit matri. glo. singul. in. l. si qua illustri. verb. cum legitimis. C. ad Orfician. & est simi. in authen. Ex complexu. C. de incest. nup. & in. §. nouissimè. In si. ad Orfician. & est resolutio communis Bar. & aliorum in. l. fin. colum. 2. nume. 4. ff. de his quib. ut indig. & que per. l. n. titul. 13. part. 6. tradit Gregor. Lopez. Hodie tamen ut talis filius priuatur successione matris, requiritur copulatiue, quod talis

talis coitus sit damnabilis & punibilis à iure, ob quem mater esset punienda poena mortis, ut in casu. l. i. C. de mul. que pro. feru. se in iun. l. final. titul. 24. part. 7. & declarat Grego. Lopez in. d. l. 11. in verb. natus. & sic in primo casu filij succedunt in posteriori verò minime ex interpretatione. d. l. 9. Tauri. & eadem ratione filij nati ex adulterio sunt nati ex damnabili coitu & punibili; cum de iure diuino & communi sit poena mortis, ut supra & inferius annotatur. ergo sine correctione iuris est intelligenda lex Tauri. l. præcipimus. C. de appella. ¶ Pro priori autem parte videtur vrgere ratio, quæ fouet, ne matrimonia infamantur post obitum mulieris, dicendo eam adulteram fuisse; cum delictum fuit remissum à marito; & cum fama fuit remissa, multo fortius vitæ corporalis; quæ est inferior, & minoris valoris. l. si adulterium cum incestu. §. Imperatores. ff. de adult. ¶ Tamen etiam, quia lex est permissiua, & non præceptiua; & sic ante executionem nō dicitur incurrisse mulierem in poenam mortis. Et verbum, incurrisse, secundum communem est canon. inferenda; & non lata sententiæ, cum sit futuri temporis. ex glo. in. l. in criminali. C. de iur. omi. iudi. glo. in. e. l. diligenti. verb. perdat. de foro comp. glo. in. l. si quis in tantam. C. vnde vi. & in regul. In poenis. verb. in poenis. de reg. iur. lib. 6. la. in. l. rem que nobis. nu. 35. de refc. Tiraquell. in rep. l. si vnquam. verb. Reuertatur num. 127. C. de reuo. donat. Soci. in tract. regul. cum fallen. regul. 360. incip. Sententia requiritur. Hippoly. in rep. rub. numer. 30. ff. de fals. & sic requiritur quod mulier propter crimen sit occisa. ¶ Item, nam licet non occidat propter adulterium, poterit eam accusare maritus ad dotis & bonorum lucrum, & ei inferre aliam poenam inferiorem, ne bona veniant ad filios adulteros si voluerit, & sic cessat alia ratio adducta contra spurium in secunda opinione. ¶ Nec etiam obstant mihi fundamenta considerata, quod aptitudine sufficit poenam esse capitalem, ad hoc ut dicatur poenam capitis inferre in secunda opinione in primo, secundo, tertio fundamento. Nam fatendo has rationes, responderi potest, esse intelligenda, quod censenda sit poena capitis illa si possit imponi ex futuro euentu, quæ ad hoc, ut iudex super illa causa non recipiat fidei iussores, & alia denique faciat, quæ solent fieri in causis inferentibus poenam capitis, & sic, quod in eo, in quo illa culpa respicit illud, quod est in pendentia, & damnatum alterius partis, quod si illa causa non haberetur pro non capitali in de posset suboriri haberetur pro causa mortis, non tamen quod ad successione priuationem, nec in odium tertij debet censeri esse causa capitalis, nam isto casu debet accipi, pro eo, quod est, non autem pro eo, quod esse po-

te est. Et hoc videtur voluisse Bal. in. l. r. ff. de in lit. iur. & in cap. ex literis. in fin. de constituto. Et hanc partem hinc fundamentis pro vtraque parte adductis defendi & obtinui consulendo Ann. 1548. prout ex meis consilijs, seu quæstionibus recepi in. q. 305. incip. Quæstio singularis an stante. l. 9. Tauri. & in scriptis Salmanticæ statum auditoribus meis tradidi, quam nota, & signa perpetuo ad intellectum. l. 9. Tauri. & nostre legis. ¶ Vtrum autem filij clericorum in sacris habitis possint succedere in bonis matris; Quæ cum sit certa, & in matre non sit talis priuatio nec per legem Regis. Ioannis. 22. titul. 3. libr. 1. supra, nec per. l. Tauri: nonnam eam referentem. Videtur quod possint succedere, ex ratione etiam adducta in superiori quæstione: quia in odium criminis & non filiorum, fuit inducitur dicta lex. 22. de qua prohibitionem est concili. Trident. sessio. 25. cano. 14. & ad eius prohibitionem assignatur ratio in dict. Conci. Trident. sessio. 22. de reformatione can. incip. Eadem sacrosancta. & ex sessio. 25. cano. 14. ut paterna incontinentiæ. 15. in ordine. Si ergo tantum in patres clericos loquitur, & ex causa ibi scripta, cum sit poenalis, inducatque priuationem, non est extendenda ad matrem, in qua non loquuntur leges Regiæ. arg. tex. in cap. consuluit. 2. quæstio. 5. in illis verbis. Et quod sanctorum patrum documentis sancitum non est superstitiosa adiunctio non est præsumendum. Tum etiam ex gloss. singul. in cap. fin. de iur. patro. Pro quæ est ext. optimus in cap. is qui de sententia excomm. lib. 6. vbi dixit Tiraquell. in rep. l. si vnquam. verb. Reuertatur. nu. 208. C. de reuocand. dona. & tradidi in tract. de bonis lucra. constante matrimonio. numer. 166. ad Seguram. Ergo filij clericorum sunt successibiles matri, cum non sint nati ex damnato coitu & punibili coitu, prout in. d. l. 9. Tauri est dispositum, ex parte matris. ¶ Secundo suadet. Nam de iure communi & partiarum omnes filij succedunt matri non illustri, nisi sint nati ex damnato coitu & punibili à lege. glo. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. & in. l. si qua illustri. C. ad Orfician. & vtrobius docto. Si ergo mater concubina cleri ci non erat coniugata, vel cleri ci concubina, non prohibentur filij cleri ci succedere, cum isti non sint excepti à lege. 10. titul. 13. part. 6. vbi tetigit quæstionem Gregor. Lopez in verbo. Natus. Tenet Montalu. in. l. 10. incip. *Defendemos.* verb. *En adulterio.* colum. 2. verificul. Filius tamen cleri ci titul. 5. lib. 3. for. leg. Subdens, quod ita est intelligenda lex Soricæ, scilicet. 22. titu. 3. lib. 1. ordinam. & est. l. 3. titul. 21. part. 4. Cuius verba sunt, *ca non deuen heredar los bienes del padre, como quier que fuerdan heredar los de la madre.* vbi Grego. Lopez tenet hac partem, & limitat dupliciter. Respondet. Tom. iij. T 5 que ad

que ad legem .22. titulo. 3. libr. 1. ordi. non loqui in matre, sed in patre, vt constat in eius decisione, licet verba positain principio, *si sus hijos sus bienes y de sus padres*, contrarium suadeant: quia sunt verba narratiua intentionem & motiua cōdentis denotantia ad excludendos filios à successione parentum, non tamen matris non coniugata, nec consanguineę clericis in sacris, cuius concubina fuit, sed in dicat velle, quòd tollatur occasio mulierib⁹ commiscēdi se cum clericis, si videant filios repelli à successione clericorum, quod non ita esset, si prospicerent, non solum illis posse succedere, verum etiam clericis patribus, vt ex originali appareret illius. l. 22. quòd noluit repellere filium clericis à successione matris, nec consanguineorū ex parte matris. nec. l. 9. Tauri obstat, cum nihil aliud intendat, quàm approbare in sua dispositione prædictam. l. 22. Sorie, quæ cum in hoc casu nihil intendat disponere in successione matris, non est dicendum legem Tauri aliud intendere, quā quod erat dispositum per. l. Tauri. cum. l. referens, sit in referentia. kalle toto. ff. de hæret. insti. Bald. in. l. 1. per te x. ibi, colum. 2. C. de erro. aduoca. & quia originale prædictæ. l. 22. Sorie editæ à rege Ioann. Ann. 1418. in. 2. ord. de petitionibus nõ habet cōter in præfenti describere erit vtile, cui⁹ tenor est.

Otrofialo que nos pidieron por merced que en algunas cibdades, y villas, y lugares de los nuestros reynos az cartas, y privilegios que los hijos de los clerigos, que ouieron en sus barraganas, que heredaron sus bienes, y de otros qualesquier sus parientes assi como si fueren legitimos y nacidos en legitimo matrimonio, y que por esta razon dan ocasion para que otras buenas mugeres, assi binadas, como virgines, sean sus barraganas, y ayan de fazer peccado, y que desto que viene grande deseruiçio à Dios, y ansi grande escandalo y daño a los pueblos donde esto acaesciese, y acaesce, y que las tales carras que son todas contra Dios y contra derecho, y pidieron nos merced que mandassimos que las tales cartas y privilegios que los dichos hijos de los clerigos en esta razon han, que les non valã, ni les fueren guardadas. A esto respondemos que nos plaxe, y tenemos por biẽ, que los tales hijos de los clerigos que non ayan ni hereden los bienes de los dichos sus padres, ni de otros parientes, ni ayan qualquier manda, o donacion que les sea fecha agora ni de aqui adelante, y qualesquier priuilegios, o cartas que tengan ganadas, o ganaren de aqui adelante en su ayuda, y

contra esto nos ordenamos, mandamos q non valã, ni se puedan dellas ayudar ni aprouchar, ca nos las renuocamos, y las damos por ningunas. Ex cuius lectione constat, successione in bonis parentum clericorum, & non matrum concubinarum filijs prohibitam esse. Et sic deducitur veritas huius dubie quæstionis. Nec obstant alie rationes & authoritates, cum sint imaginationes de bene esse, & doctorum non necessaria, & contrarius commune, non derogatum per legem Sorie, nec à lege. 9. Tauri. Et sic attentari potest opinio Montalui, & Grego. Lopij tenendum esse. Quauis contrarium teneat Ioan. Lup. in dict. l. 9. numer. 17. & in. l. 16. num. 12. & Couar. in epitom. 4. Decret. 2. part. cap. 8. §. 5. num. 17. Syluest. in sum. verb. filij. q. 4. quos retuli in dict. l. 22. in glossa. r. colum. 164. versic. Quaritur vterius, vtrum mater. tit. 3. lib. 1. ordinam. Et sic crederem, salua faniori sententia, istam opinionem veriorẽ esse, vt filij clericorum in sacris succedant ex testamẽto & ab intestato matri. quia lex Tauri solum venit ad confirmationem legis Sorie, in qua nihil immutatum ex his, quæ à legibus partitarum & communi disposita erant. ergo nec à nobis, vt supra declarauimus. Nec est bona consequentia, quæ exclusiua aliæ cognatorum, scilicet paternæ, intelligat exclusiua aliæ cognatorū, scilicet, maternæ. Imò contrarium est tenendum ex verbis. dictæ. l. 22. Pro cuius confirmatione adde Albert. Brun. in tract. de statu exclud. fœmin. artic. 6. num. 78. Et sic consului hodie die. 21. Iunij. ann. 1564. Fuit præterea dubitatum ex sacri Concilij Tridentini dispositione. sessio. 25. cano. 15. incip. Vt paternæ qua dispositum esse apparet filios clericorum nõ posse succedere in canonia, seu beneficio, vel in quibuscunq; ecclesijs, vbi eorum patres beneficium aliquod ecclesiasticum habent, aut habuerunt, quodcunq; etiam dissimile beneficium obtinere, nec in dictis ecclesijs quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorū, quæ eorum parentes obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere, an habeat locum in successore beneficii alicuius, qui reputabatur eius pater ex vulgari opinione & tractatu ipsius cedentis, qui erat canonicus cedens, in aliqua cathedrali, vel habuit beneficium seu canoniã ab alio, sed quia prædictus pater putatius est in eadem ecclesia canonicus, dubitatur, vtrum in suo canonicatu possit succedere, vel residere, sine eo quòd cogi possit resignare. Exemplum est. Quædam mulier nuptijs copulata Titio fuit infamata quòd habuit copulã carnalem cum prædicto canonico (fortè amicus mariti, qui solitus erat ei benefacere, & habebat ingressum in domo prædictorum coniugatorum, prout fieri solet.) & prædictum canonicum quem dicitur

dicitur successorem, erat fama, quòd esset filius prædicti asserti concubinarij, quanuis fuit conceptus & natus in figura matrimonij, & matrimonio constante, & præfente marito matris in domo & lecto, ex eo, quia canonicus concubinarij habuit dictum canonicum statim cum natus fuit in sua domo, & cum tractauit, vt filius, & sic ipsum affectione paternã nominauit, & necessaria vt pater ministravit, & sic est præsumptio filiationis in de orta, & propter publicam famam viciniar. an sit expellendus ab ecclesia, in qua est dictus assertus pater, iuxta disposita in dicto Concilio. In quo dubio videtur dicendum, prædictum canonicum natum sub figura matrimonij præfente in loco & domo & lecto ipsius matris eiusque mariti vxoris filium legitimum & naturalem ipsorum censendũ fore, & non asserti concubinarij, & sic posse habere ecclesiasticum beneficium habitum antequam post concilij promulgationem & in eo residere ex cuiuscunq; resignatione & collatione habuerit sicut legitimus, & sine defectu natalium etiam si pater putatius sit in eadem ecclesia præbendus & Canonicus, & succedere poterit pariteribus, sub quorum matrimonij specie natus fuit cum ceteris filijs & fratribus. Nec credere tenetur matri asserti fuisse conceptum ex concubinario. Si tamen refragatur conscientia, secretè dispensationem impetret cum clausula quia perinde, & derogationem concilij & statuti &c. & ita cõfultum primũ Concilium venit Salmanticæ ad nostras manus. Tum, quia infamari non debent matrimonia, nec ex vanis imaginationibus & præsumptionibus maleuolorum fama defumida est, quæ plerunq; ab vno maleuolo & malæ conscientiæ euenire solet, & ceteri citò credunt, & publicè non solum dicunt, sed affirmant, put experientia quotidie docet, sed fortior & sanctior est præsumptio quæ vtget pro matrimonio, vt bonum potius quàm malum cogitemus, cum præsumendum sit bonum quo ad mores. l. merito. ff. p focio. ca. dudum. de præsumptio. Alciat. in tract. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 2. & præsumptio. 3. & quæ notat Cæsar Lambertus. de iure patro. 2. art. 10. quæ est. principalis primæ partis. primi libri. l. fin. & ibi Grego. Lopez. tit. 10. part. 5. Tum etiã quia non sequitur, Homines præsumunt malum contra bonum matrimonij, ergo est tale, cum fama, vt dixi, non cõtineat quid certum, imò sit fallibilis & mendosa persepe, cum fama sit inanis de aliqua re rumor sine veri cognitione, siue bonus, siue malus, vt inquit Nicola. Nanus in Polyantea verb. fama. Et possunt isti maritus & eius vxor dicere cum Seneca lib. de remedijs fortuitorum male autem de te opinantur homines, sed mali. Mouerit si de te Marius, si Cato, si Lælius sapiens, si

alter Cato, si Scipiones duo ista loquerentur, mouerit, si hoc iudicio facerent, quod nunc morbo faciunt. Præterea filiatio probatur, eo ipso, quòd filius natus est constante matrimonio, & nullum fuit impedimentum inter coniuges, quo natura vetante possent ipsum procreare. l. si filium eũ diffinitimus. & ibi not. gl. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ad eò quòd confessio matris in contrarium dicentis filium natum esse ex adulterio non tollit, nec impedit præsumptionem filiationis, quæ infurgit propter matrimonium. l. Imperatoris. 29. §. mulier granda. ff. de probat. Andre. Alciat. in tracta. de præsumptio. regul. 1. præsumptio. 19. n. 2. Traditur per Felin. & alios in. c. per tuas. de probatio. vbi latè dixi. ergo. &c. His etiam accedit. Nam potius matrimonium præsumendum est, quàm concubinatus. l. in liberæ. ff. de ritu nupti. vbi Modestinus. l. C. ait. in liberæ. mulieris consuetudine non concubinatus, sed nuptia intelligendæ sunt. Ergo cum hic præfessent matrimonium, ex concubinito, & non adulterino præsumendum est filium natum fuisse. Quoniam in dubio non præsumitur fraus nec dolus, nisi apertissimis probationibus appareat. cap. officij. ibi, constitit. & ibi Barb. colum. 31. nu. 29. d. testam. cap. accedens. de iuri. iust. cap. 2. de renunti. lib. 6. l. dolum. C. de dol. vbi Bart. l. 1. vbi not. Corne. C. si quis omiã causa testa. l. 3. §. vltim. in fine. in verbo. ostendi. ff. de tribut. actio. l. quoties. §. qui dolo. & l. patronus. ff. de probat. l. si prator. §. Marcellus. ff. de iudi. glossa. in. l. 2. C. si alien. res pign. dat. sit. gl. fin. in cap. ex tenore. de resc. adducit plura Tiraquell. in lib. 1. de retract. §. 26. glo. 1. num. 32. & quæ tradit Hippoly. in practi. caus. crimin. §. secunda. nume. 67. & in. l. fin. C. de proba. & in. l. 1. num. 68. C. de Sicar. & in sing. 151. & in repet. rub. ff. de fideiuss. & Alci. in tract. de præsumptio. reg. 3. præsumptio. 1.

Quibus coronidem ponit tex. in insignis. l. miles. §. defuncto marito. ff. de adult. in illis verbis, nam non vtique crimen adulterij quod mulieri obijcitur infanti præiudicat, cum possit & illa adultera esse, & impubes defunctum patrem habuisse. Ex quo notatur, quòd mulier maritata licet sit meretrix, tamen partus natus ex ea, præsumitur ex matrimonio habitus & procreatus. Quem text. valde notabilem dixit Panor. in capit. intelleximus. nume. 7. & ibi in. 2. Addi ad eum. de adult. Ioan. Lup. in rep. rub. de dona. §. 60. nume. 12. Alciat. in tract. præsumptio. regul. 3. præsumptio. 37. Bald. in. l. si matre. num. 2. C. de suis & legit. here. Hippolyt. in. l. 1. §. ad quæstionem. num. 24. ff. de quæstio. not. Ioan. Neuiizan. in sylvia nupti. lib. 1. num. 85. fol. 17. Et faciunt notata ab Hippolyt. in rep. rubi. ff. de fideiuss. numer. 51. Ex quibus lo-

cupletabitur late & bene nostra decisio. & declarabitur text. in dict. l. miles. §. defuncto. ¶ Dubium autem in utroque foro tam conscientie quam exteriori non adhuc bene expensum a doctoribus se offert. De adultera, quae filium ex adulterio natum marito imposuit, qui ut legitimam habuit, necessariaque ad vitam & augmentum honoris ministravit, utrum se proderet teneatur, ne legitimi defraudentur regno, maioratu, legitima, & bonis alias illis debitis, siue sint filij descendentes vel alias legitimi successores ex testamento, vel ab intestato ipsius mariti, & ad quam satisfactio nem ipsa adultera teneatur, vel adulter, vel filius putatiuus ad quid teneatur, & quando? Et videtur minimè teneri ad hanc restitutionem, etsi grauisissimi præiudicij mariti existat, ex eo, quia nisi cum magno periculo, ac vitæ & infamie iactura fieri non potest, ut ad oculum a communiter accidentibus unicuique appareat poterit, igitur non tenebitur restituere. Nam ubi sunt duo mala eminentia, quod minimum est sequendo, actus prudentiæ est. cap. duo mala. 13. dist. in dicto. & ex Aristot. lib. 5. Ethico. cap. 3. quo in loco ait, minus malum vicem boni habere, si maior malo comparetur. Igitur cum periculum vitæ & famæ mulieri contingere possit, si reuelat adulterium, sin autè teceat malum eueniat legitimo hæredi respectu successioneis, & illud sit maius, & istud min⁹, cum sint bona temporalia, sequendum erit, ut grauius malum effugiat, quemadmodum Sepulveda in dialogo de ratione dicendi testimonium docet. c. 9. & Couar. Doctor illustris Episcopus Segouienfis, ac olim meritisissimus de reator almæ nostræ Salmantinæ vniuersitatis in Epitome quarti Decretali. 2. part. capitulo septimo. §. 2. nume. nono. ¶ Præterea facit ratio. Imminente necessitate famis quis potest aliena subtrahere, ut inde vitam indeinme valeat habere. capi. si quis propter defectum. at mulier tacet propter conseruationem vitæ ac famæ, ergo optimè poterit permittere, ut legitimus hæres careat hereditate, ne maximum dispendium ipsa mulier ex tali reuelatione pati possit. Quæ ratione stante, creditor, cui hereditas debetur secundum ordinatam charitatem obligatur magis velle se ipsum hereditate carere, quam tanto cum damno famæ, & periculo vitæ ea sibi restituat, igitur mulier debetrix iuste poterit ob præmissam rationem restitutionem omittere. ¶ Tertiò his ad stipulatur casus in capit. officij. de pœn. & remissioni. ubi summus Pontifex scriptum reliquit, non esse negandam pœnitentiam mulieri adulteræ, aut quæ falsum supposuit partum: sed illi fore tanti criminis satisfactionem iniungendam, etiam si non proponat, nec velit crimen proprium reuelare.

¶ Quarto ex matris reuelatione nullum commodum expectari potest, imò maximum damnum, quippe cum filius matri asserenti propriam turpitudinem non teneatur credere etiam iuranti, sed legitimus erit censendus in iudicio. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. imperatores. §. mulier grauida. ff. de probatio. l. 3. in fin. prin. ff. de iur. iurand. l. 1. §. titulus. 14. part. 6. cap. per tuas. de probationi. Philip. Deci. consilij. 54. num. 1. Mathe. de Afflict. in consilij. Neapolita. lib. 2. rubri. 22. num. 2. Alciat. de præsumptio. reg. 1. præsump. 19. Quæ conclusio & legis præsumptio adeò procedit, etiã si mater solita sit commiseri cum alijs, adhuc præsumitur natus ex marito. tex. in l. miles. §. defuncto. ff. de adult. non alibi secundum Bald. in l. si matre. num. 2. C. de suis & legitij. hæredi. Et valde notandus Panor. in cap. intelleximus. num. 7. de adult. Ioan. Lup. in repe. rubri. de dona. inter vi. & vxor. §. 60. nume. 12. Ioan. Neuzan. in Sylua nuptiali. lib. 1. num. 85. Alciat. de præsumptioni. regul. 3. præsumptio. 37. ubi in num. 3. ampliat locum habere in concubina retenta in domo, quia præsumitur filius eius, qui eam concubinam retinet, non alterius. glo. ad hoc est insignis in ca. Michael. verbo. conlitterit. de fil. presbyt. Paul. Castr. in l. 3. colum. 2. ff. de lib. & posth. eam gl. dixit singul. ac menti tenendam pro filijs presbyterorum in cap. transiuit. colum. 2. nume. 9. qui filij sunt legitij. Ioan. Lup. in dict. §. 60. numer. 13. quauis ab hac opinione Alberi. num. 13. in dict. l. filij vellet recedere. Quam ipse intelligendum exiitimo, dum tamen pater recognosceret ipsum pro filio. ut in dict. c. per tuas. de proba. Et quòd non haberet præsumptionem contra mulierem aduersus quam probaretur copulam habitam eodem tempore, facit. l. 8. titulus. 13. part. 6. & l. 11. in edicte. nibus Taurinis. in illis verbis, *Cò tanto que el padr e lo reconozca por su hijo, puesto que no ayatenido la mujer de quien lo uo en su casa, ni sea vna sola.* Si igitur filius non tenetur credere matri, imò fatuus esset ei adhibendo fidem, ut doctores dicunt de filio regis, qui renuntiauit regno ad assertionem suæ matris affirmantis eum illegitimum esse, ut Alberi. refert in dict. l. filium. columna tertia. numero. 11. Panor. in cap. officij. numer. 4. de pœnit. & remissio. Andreas Alciat. de præsumptio. regul. 1. præsumptio. 19. nu. 2. Consequens erit quòd non tenebitur se periculo infamie, seu vitæ exponere, & sic restitutionem omittet. Archiep. Florent. 2. part. titulus. 2. capitulus. 8. colum. 3. ad fin. Angelus in sum. verb. Adulterium. §. 4. tangit dubium Richardus de Media villa in. 4. sentent. distinctio. 15. arti. 5. quæstio. 4. ad nonum. Explicat optimè Archiep. Florent. 2. part. titulus. 2. cap. 7. §. 4. in princ. Alphon. à Castro lib. 2. de potestate legis pœnalis. cap.

lis. c. 11. Caieta. in sum. verbor. Adulterium. Sic enim inquit Caieta. Si periculum ex manifestando adulterio imminet, occultè satisfiat ut melius potest, & reliquum diuinæ misericordie referretur. Et versa vice repetit in opere. 17. quæst. resp. 14. Couar. in regul. Peccatum. 1. part. in princ. nu. 3. versic. Secundo ferè ab eadem ratione. de regul. iur. lib. 6. vbi aliqua in contrarium adduxit & soluit. Tandemque omnium doctorum consensu dicit receptam hanc opinionem. & Domi. Sot. cum ea tranfit lib. 4. de iuli. & iure. q. 7. art. 2. pag. 361. colum. 1. versic. Dubium autè inter doctores. Nec obstat quòd glo. in dict. ca. officij. miratur, quòd mulier illa verè pœnitere possit, cum semper retinet alienum per regulam istius cap. Si res. & reg. Peccatum. de reg. iur. lib. 6. Sed si glossator nollet causam in institutionis agnouisset, minimè miraretur: quia etiam alienum retinet, dominus tamè iuxta rectæ rationis iudicium deberet velle, ne cum tam graui damno, quale est famæ dispendium, illud sibi reddatur. Melius nanque est iuxta nūctatum Salom. Proverb. 22. bonum nomen, quam diuitias multas. Et Ecclesiasti. 41. Curam habe de bono nomine. Et Esai. 3. reprehensi sunt, qui peccata sua sicut Sodoma prædicant, nec abscondunt. Et in Psalm. 55. Quid gloriaris in malitia. Et Psalm. 93. Vsq̄quo peccatores gloriabuntur, effabuntur, & loquentur iniquitatem? Et diuus Augusti. lib. De bono viduitatis. cap. 20. transumptiè in cap. non sunt audienti. 11. q. 3. Quo loco vehementer increpat illos qui existimant esse satis habere bonam conscientiam apud Deum, imprudenter & crudeliter contemnentes propriam famam, quia nobis (ait) necessaria est vita nostra, alijs verò fama nostra. Idem repetit in sermo. De communi vita clericorum. & in cap. nolo. 12. quæsti. 1. Hinc infamia mortis æquiparata est. l. iusta. ff. de manu. & vindi. gloss. 1. in cap. vno delegatorum. ff. de offic. delega. in illis verbis, dum dicit, idem esse si aliter efficiatur infamias. & est simi. glo. verb. nò prodidit. in cap. ex pœnitentibus. dist. 50. Guiliel. Benedic. plura in hoc scripsit in rep. cap. Rayn. tius. verb. mortuo itaque testatore. 1. nume. 315. de testa. ergo licitè erit mulieri conseruare suum honorem. ¶ Præterea boni superioris ordinis, prout est vita proximi, est præferendum bonis temporalibus, & sic debito ex recta & præsumpta voluntate creditoris. Scot. in. 4. sentent. dist. 15. quæst. 2. arti. 4. Pro quo fundamento est tex. in cap. suscipimus. de homicid. dum dicit, quoniam expediat potius post tunicam relinquere pallium, & rem sustinere iacturam, quam pro conseruandis vilibus rebus & transitorijs tam acriter in alios exardescere. & in sui ratione est tex. in capi. licet. de regula. Præmaximè suadendum est, quoniam a

Christo abiectio bonorum temporalium, ut sancti quis vitam agere possit, consulit Mathe. 19. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, & da pauperibus, & sequere me. Tradit beatus Thom. 2. 2. q. 186. ar. 3. ad quartum. Nauar. in capit. si quis autem. num. 37. de pœn. distinctio. 7. igitur si bona possessa secundum rectitudinem perfectionis sunt contemnenda, maioris cum ratione bona sita extra nostram potestatem, cum versatur tantum in damnum proximo, ut præmissum est, honoris & vitæ. ¶ His sic præmissis, inquirendum est, quibus modis mater teneatur, vel possit damnum legitimo hæredi refundere. In primis Hostiens. in summa. de pœn. & remissio. §. quibus & qualiter. dicit, quòd inducat filium adulterinum, vel suppositum ad ingressum religionis, suppletu, in successibilis, ut in ordine Seraphici Francisci. Idem docet Archiep. Florent. 2. part. titulus. 2. capi. 7. §. fin. versic. Primum est. post Scot. in. 4. sentent. distinctio. 15. quæstio. 2. & Gabrij. quæstio. 2. Vel secundo modo consulat filio in fauorem fratrum renuntiet ius suum, quòd habet ad bona parentum & quæ iure legitimi hæredis consequi possit ex eorum hæreditate. ex mente prædictorum. Ioan. Andr. Anchar. num. 4. & alij in. c. officij. de pœnit. & remissio. gloss. in l. 10. verb. *en adulterio.* titulus. 5. lib. 3. for. legum. Alberi. in dictio. a. verb. Adulterium. versic. An fornicaria. ¶ Vel consulenda erit, quòd legitimo hæredi restituat tantundè de proprijs bonis, si habet in quibus disponere possit, prout est in quinto bonorum, quòd relinquere potest cui voluerit iuxta leges huius regni: si autem nò sit successor, cui restituito fieri possit, det pauperibus. Panor. in cap. officij. num. 7. de pœnitenti. & remissio. post Cardin. colum. fin. versic. Et ut concludas. & Anchar. nume. 4. idem Anchar. in regul. Peccatum. de regu. iur. lib. 6. colum. 8. oppositio. 4. Syluest. verb. Adulterium. quæstio. 1. & ita satisfaciatur prout melius poterit, & reliquum diuinæ misericordie referretur. Caietan. in sum. De casibus consci. verb. Adulterium. ¶ Hoc verum intellige cum potest de proprio restituere, sin verò non habeat, sufficit dolere de crimine, & præsupponere in mente satisfactionem realem, cum primum poterit. Ancha. in dict. regul. Peccatum. colum. 8. nu. 6. de regul. iur. lib. 6. Panor. in dicto. capitulus. officij. num. 7. post Hosti. columna fina. Ioan. Andr. Cardina. Anchar. & Antoni. de Butri. omnes in fin. colum. ¶ Sic igitur si bona propria habet, cautissimè persuadenda erit, quòd per interpositam personam satisfaciatur legitimo hæredi absque præiudicio suæ fame, prout est communis sententia secundum Domi. Sotum. lib. 4. de iuli. & iur. quæstio. 7. articulus. 2. In regno autem Aragonum facillimè restituere poterit, relinquendo legi.

do legitimis omnia bona, quippe cum instituto filio in quinque solidis: et si parentes diti simi sint, eum excludere possunt à cæteris bonis, & sic portio relinquenda filio legitimo regulatur ad libitum parentum. vt dixi in l. i. titulo secundo. lib. 5. ordina. glossa. i. Et in regno Portugallie in tertia parte omnium bonorum in præiudicium filiorum liberè disponere poterit, & sic in ea, vt dixi cautè, fieri poterit ista restitutio. ¶ Vel dicat marito, si est talis qui eam credat, ac nullum periculum ei euenire speratur ex reuelatione, prout sunt pluri qui prædominantur ab vxoribus, ac patienter sufferunt earum vitia, & fortè sunt interuentij, nã si ipse acceptet, mulier libera erit. Quod tamè intellige quantum ad sumptus factos cum filio putatio in vita sua, cum ex eis liberam habuisset facultatem disponendo, etiam projiciendo bona sua in mari. vt docuit Bald. in Procem. C. numero. 9. Tenet Hosti. in sum. de poen. §. quibus. ¶ Non tamen in præiudicium legitimorum quo ad legitimas, vel alicuius fideicommissarij, qui ad bona patris esset vocatus in defectum filiorum. Quia cum iste sit illegitimus, bona debent venire ad vocatũ in euentum conditionis, si absque liberis decesseris. argu. l. id quod nostrum. de regul. iur. ff. ex mēte Syluest. in sum. verb. Adulterium. questio. 1. Et sic modifica eos, qui dicunt mulierem à debito restitutionis eorum, quæ ad spurium suum post talem reuelationem liberatã esse. vt est Gabriel in. 4. senten. distinctio. 15. questio. 2. artic. 2. conclus. 2. litera. G. ¶ Cum detrimento famæ nõ teneri ait Caieta. in locis præcitatis. Quauis Hadrian. in. 4. de restitu. questio. 1. fo. 95. columna. 1. sentiat contrarium, nempe eum damno famæ teneri ad restitutionem. Cuius opinio falsissima est ex his quæ supra diximus, cum fama sit thesaurus inæstimabilis, & sicut lilium dans suauitatem odoris. Bald. in l. vni. C. de confess. colum. 5. refert Roland. consi. 45. numer. 44. nisi eam intelligerem, quando esset egregius casus, in quo pro hæreditate se deberet infamare, nempe in regno, seu illius maioricatu, seu hæreditate præclarissimæ domus, silente adultera, ad alienos deberet transire, quo casu vix posset adulteræ conscientia pacari, si res esset certa, quod esset omnino suo testimonio profutura, nisi se etiam periculo vitæ proderet. Domini. Sot. ita restringens ad hunc casum text. in dict. cap. officij. in libro quarto. de iust. & iur. questio. 7. art. 2. pagina. 362. columna. 1. Sed cum bonum famæ, vt dictum est, sit inæstimabile, male compensatur, cum æstimabili, hoc est propter bonorum restitutionem. vt colligitur ex Nauar. in Manuali. capit. 17. nume. 91. Ergo videtur non posse procedere restrictio Domini Soto, & continet maximum scrupulum,

¶ Ex prædictis succedit decisio dubij, quando sit restitutio ita faciendã. Et respondeo, quod cessante necessitate mulieris, siue respectu periculi famæ, aut mortis, siue bonorum. Quia quæ stabilita sunt propter aliquam causam vrgentem, ea cessante, cessare debet talis specialitas, & reditur ad primam obligationẽ, cum peruenit ad pinguiorem fortunam. capi. Odoardus. de solut. & ibi gl. etiam si cessasset bonis. Domi. Soto lib. 4. de iust. & iur. questio. 7. artic. 4. in fin. etiam si in extrema necessitate rem alienam accepit, argu. text. in dict. cap. Odoardus. glo. communiter approbata in reg. Peccatum. secundum Couar. ibi. 2. par. §. r. columna. 12. versi. Quid tamen de regul. iur. lib. 6. ¶ Est et aliud dubium, Si maritus vxoris adulteræ nullum habet filium, cui erit faciendã restitutio pro hæreditate mariti, quam retinet filius spurrius? Respondendum est, quod illi faciendã est restitutio, cui maritus aliàs de hoc rogatus, si non haberet hæredem necessarium, declarauit se vel relinquare, vel illi, quem ipse hæredem fecit, p. spurio filio substituendo eum pupillariter. Esti constat de voluntate mariti præmissõ modo non succedentibus ab intestato, sed prædictis restitutio erit faciendã. Alphonf. à Castr. libro secundo. de potesta. legis poen. ca. 11. foli. 204. colum. 1. cum seq. & ita restitutio est faciendã per mulierem adulteram illi, quem certò sciebat maritum suum fuisse relictum hæredem, si sciuit se nullum habere filium hæredemque necessarium. secundum Alphonfium à Castr. loco proximè citato. Quæ sententia si in vltimis exiitens ex infirmitate quæ defunctus esset, ea voluntas constaret huic adulteræ, veram existimo sententiã Alphonf. à Castr. si autem conualuisset, cum sit voluntas deambulatoria vsque ad mortem, nescio quo iure talis declaratio sit sequenda, nisi dixeris quod non præferatur venire contra factum suum. l. 3. ff. de militestam. nam ibi loquitur in actu perfecto, & in esse deducto, nos loquimur in verbis enunciatiuis, ex quibus deliberata voluntas non sumitur: nam dicere, volo instituire ecclesiam, aut imperatorem, sine testamento non censetur instituti, quia sunt verba iactatoria, & adulatoria, vt communiter facere & dicere solent aliqui, quæ nullam inducunt dispositionem. l. eius bona. ff. de hæred. institut. vbi Paulus Consultus ait, Eius bona qui se imperatorem facturum esse iactauerat, à fisco occupari non possunt. Faciunt quæ notat Aretin. consi. 28. columna prima. dubio. 1. ¶ Videtur igitur, quod si constet de voluntate deliberata & absoluta mariti, quod restitutio sit faciendã venientibus ab intestato, cum sint legitimi hæredes. l. 3. §. de illo. ff. pro socio. l. conficiuntur. ff. de iure codicil. capit. quicumque, 12. questio. 5. & vinculum naturale acin-

ac in dissolubile id suadet. l. iura sanguinis. ff. de regul. iur. l. ius autem agnationis. ff. de pact. Confir-matur. Nam si quis haberet consanguineos indigentes, & non incapaces, & eos relictos institueret extraneos peccaret, nam prædictis est cæteris paribus debita hæreditas, honore parentela. Notaui ad Seg. in l. cum patronus. num. 44. de leg. 2. Iaso. consi. 141. num. 7. lib. 4. Guiljelm. Benedic. in rep. cap. Raynuntius. verb. testamentum. 1. nu. 7. de testam. Originalis est Fabri sententia in. §. intestatorum. Insi. de hæc. que ab intesta. deferuntur. Igitur his successoribus potius quàm alijs est faciendã restitutio. Quibus deficientibus pauperibus cap. sicut dignum. §. eos. de homicid. glof. c. cum sit. de Iudæ. ¶ Vtrum autè filius spurius credens matri dicenti illum illegitimum esse, teneatur restituere quæ recepit iure filiationis à patre putatio: Et videtur dicendum teneri ab eo tempore, quo est in mala fide, & credit se illegitimum esse, cum sciat patrem putatiuum, existimando se ad id teneri legis vigore, & non sua sponte hæredem instituit, ac necessaria subministrat, igitur ab eo recepta non censetur donata. l. donari videt. ff. de regul. iur. ac proinde tenebitur restituere parenti putatio, hæredemque legitimum. Sum. Rosella. verb. Filius. §. 7. Domi. Sot. lib. 4. de iust. & iur. questio. septima. articulo secundo. versi. Tamè si & hoc. Quod procedit secundum Scotum, etiã si in foro exteriori ratione præsumptæ filiationis consequutus sit à lege humana exteriori, quæ fundatur in præsumptione, in animæ verò iudicio, in quo cessat præsumptio, tenetur à se abdicare prædicta bona, cum sit malæ fidei possessor. capi. tit. fin. de præscrip. cap. vigilanti. eod. tit. capi. possessor. de regul. iur. libro sexto. Item quod si indubitanter credat matri, teneatur ad expensas, si mater est impotens ad restituendum. & ipse potens saltem ad factas post noticiã & credulitatẽ nam ad antea receptas non tenetur, Tum, quia pater tenetur alere filium, Tum, quia est bonæ fidei possessor, & ratione quasi possessionis facit fructus suos. l. certum. C. de rei vendicatio. cap. consultationibus. de iur. patro. Gabriel in. 4. senten. distinctio. decima quinta. questio. secunda. articulo secundo. Concor. 2. columna quarta. versicul. Sed quid si spurius. Ioa. in sum. confess. lib. 2. titulo quinto. questio. 23. colum. 2. Archiepisc. Floren. 2. part. tit. 2. capi. 7. §. 4. Summa Pisana. verb. Adulterium. versi. Sed nunquid dictus filius Rosella summa. verb. Adulterium. §. 2. In foro tamen exteriori si nolit stare, non tenetur, quia effectus ipse ex hæredem facere ex matris assertione, & fortè malitia eius & ira, quod sæpe euenire solet. argu. l. pen. ff. de probat. ¶ Quod autem dicendum est de adultero, qui credit ex certis con-

iecturis filium suum esse natum ex adultera, nempe propter infirmitatem mariti, vel absentiam? Respondendum est teneri ad restitutionem expensarum, quas pater putatiuus fecit cū filio eius tam respectu alimentorum, quàm dotis, seu donationis propter nuptias, vel ex alia causa honoris factarum cum eo, sicut parentes facere solent, ipsi patri putatio, vel hæredibus eius, eo casu, quo paupertas eum non excusat, & adultera non potest recompensare. Sed si fidem non adhibuit matri adulteræ, & dubitat propter aliquam causam, nempe ex facilitate mulieris, quæ cum alijs simile delictum committere est solita, liberabitur sine vlla restitutione reali, cum pœnitentia peccati tantum relinquendo De iudicio, cui omnia sunt in comperto. 1. Reg. 16. Henri. capi. super. de bigamia. Ita tenet Archiep. Florentin. 2. part. tit. 2. capit. 7. §. 4. colum. final. Syluest. in sum. verb. Adulterium. questio. quinta. Gabriel in. 4. senten. distinctio. decima quinta. questio. 2. arti. 2. conclus. 2. versi. De adultero autem. Caietan. in sum. verb. Adulterium. versi. Quo ad hospitalium. Nauar. in manuali confessorum. capi. 16. numer. 48. cum sequent. vbi hanc dicit communem. Quicquid Domini. Sotus in contrarium dixerit lib. 4. de Iust. & iur. q. 7. ar. 2. pag. 362. versi. Sed molestior atq; vtring; vrgentior fuit. ex eo nanq; quia causa dani efficiens vitam spurij fuit coniunctio adulteri, nam si non ipse habuisset copulam, nec filium suscepisset, ergo tenebitur de damno cuius principium ipse fuit. capi. fin. de iniur. ca. fin. de homi. lib. 6. quo tex. causa remota nocet. ¶ Circa præmissa dubitatur, Filius expofitus seu adulterinus habuit bona patris titulo pro donato, vel pro hærede bona fide, an post completam præscriptionem debeat facere conscientiam de talibus bonis acquisitis, si sciat certò ipse illegitimum esse? Responderi oportet quod non. Syluest. verb. Adulterium. questio. 3. Supplementum Pisanæ summe. verb. Adulterium. columna tertia. Ioa. in sum. confessorum. lib. 2. tit. 5. quest. 23. Quibus accedit Nam præscriptum cum titulo & bona fide seruatis seruandis ad præscriptionem perficiendã, non sunt subiecta restitutioni, etiam si post completã præscriptionem superuenierit mala fides, & sic quæ res præscripta pertinebat ad alium. glof. Host. & communis in capit. vigilanti. de præscriptio. Richard. in. 4. senten. distinctio. 41. articulo. 2. questio. 2. Conrad. de contractibus. questio. 15. & q. 29. conclus. 4. Archiep. Florentin. 2. part. tit. 1. cap. 15. §. 7. Syluest. verbo. Præscriptio. §. 13. Balb. de præscriptio. 2. par. 3. principal. questio. nona. Bartho. Capol. in rubri. C. de vscapio. pro emp. num. 11. Tangit glof. in ca. Possessor. de regul. iur. libro. 6. in glo. 1. Antoni. Gomez in l. 3. num. 125. in legibus

bus Tauri. Ioan. de Medina in Codice. de restit. questione. 18. Sot. de iust. & iur. pagin. 314. col. 2. libro quarto. questio. 5. articulo quarto. quam eodem munem asserit Dominus Episcopus Segovienfis in relectio. regul. Possessor. 3. parte. §. 2. numero. 1. ibique eam pluribus modis à varijs doct. sententijs contrarijs liberat, atq; approbat de regul. iur. lib. 6. Quod autem filij spurij non possint præscribere relicta à patre, etiam si iusto errore putassent eos legitimos esse tempore ordinario, scilicet. 10. vel. 20. an. spatio, secus longissimo. 30. annorum. glossa. in. l. nemo. ff. pro legat. Bald. in. l. id quod pauperibus. num. 34. C. de episco. & cleric. & in. l. nullo. num. 4. vbi Sali. C. de rei iudic. Salic. in. l. 1. C. pro hæred. Alexand. consi. 74. numero septimo. libro tertio. Corne. consi. 236. num. 4. libr. 2. Et est opinio verior in pûcto iuris secudû Berm. Chouer. tit. de pub. concub. pag. 315. num. 16. Balbus in rep. l. Celsus. 1. parte. nume. 9. ff. de vfu cap. & in tract. de præscrip. 4. parte quartæ principal. questio. 18. ¶ Dubitatur, Vtrum clericus in facris, qui bona sua reliquit amico ea fide, vt restituat filio spurio peccat, ac recipiens possit ea bona retinere, vel teneatur si fisco, aut venientibus ab intestato clerici restituere? Videtur dicendum qd clericus in facris legatum, vel institutionem faciendæ in fraudem legis, cum sit iusta, ne pareatur via delinquendi clericis, & Juxuriam di. vt habetur in l. 22. titul. tertio. lib. 1. & in. l. 2. titu. 3. libro quinto. 1. regaliu ordinacionum, igitur contraveniens & resistens præcepto regis peccat. cap. qui restitit. 11. questione tertia. capit. 2. de maio. & obedientia. capi. Omnis anima. de censib. & ad Rom. 13. Præterea lex iusta obligat hominem in foro exteriori ac interiori animæ. gloss. in cap. quæ in ecclesia 1. num. de consi. verb. constituerunt. singul. secundum Felin. in cap. 1. colum. 9. nume. 18. de sponsa. lib. 6. Gomeffi. in cap. 2. numer. 34. de consi. lib. 6. Couar. in capi. 1. numer. 16. de testam. Quo in loco fatetur communem esse. & in Epitome. 4. Decret. 2. part. capitulo septimo. §. 7. numero nono. Probat Domi. Sotus lib. 1. de iust. & iure. q. 6. articulo quarto. versicul. Questio est. Si igitur iusta est & obligat in conscientia, eiusque transgressio nem constituere in culpam mortalem non est dubium. Nec obstat quod Legislator constituat poenam temporalem, nam ex eo eam imponit, quia præsupponit culpam propter quam adijcitur poena: & sic ex transgressione, ex qua inducitur peccatum mortale, provenit poena in specie propo sita, & finali. Ex impositione enim poenæ colligitur gravitas, seu delicti magnitudo. cap. felicis. §. cæterum. de poen. lib. 6. capitulo. quæ iuit. de his que fiunt à maio. parte Capi. & Deuteron. 25. iuxta mensuram delicti erit & plagarum modus. l. re

